



M C C C C V I.

E T

VOLUMUS ET DECERNIMUS

Q U O D

COLONIA SIT DE PER SE

ET SUB NOSTRO DOMINIO ET

SUB JURISDICTIONE CIVITATIS

NOSTRÆ VENETIARUM

ET NON SUB

JURISDICTIONE VICENTIÆ

N E C

V E R O N Æ.


# JUS
# MUNICIPALE
## COLONIENSE.

*EDITIO ALTERA*

CUM PRIVILEGIIS ET NONNULLIS ALIIS
MONUMENTIS NUNQUAM
ANTEA VULGATIS.








COLONIÆ VENETORUM.
*SUPERIORUM PERMISSU.*
MDCCLXII.

VINCENTIUS BENINIUS

# COLONIENSIBUS SUIS
## S. P. D.





Us hoc noſtrum MUNICIPALE tam exoptatum, quod ſuperioribus annis polliciti ſumus, aliquando tandem prodit. Prodierat ſane multo ante Venetiis anno 1593. ſed tot mendis inquinatum, ut aliquibus in locis vix poſſet intelligi. Accedit etiam, quod Editio *hæc* qualiſcunque inventu admodum *difficilis* *eſt*. Novam itaque *inſtituere* *coacti* *fuimus*, quam ad Mss. codices, præcipue autem ad Autographum, qui in publico Tabulario aſſervatur, exactam, longe emendatiorem fore ſperamus. Nihil tamen addidimus, nihil prorſus mutavimus. Tantummodo Indicem Capitum, qui in Veneta initio ſtatim Operis appoſitus fuerat, ad calcem tranſtulimus; & dies publico decreto Feſtos, qui in illa deſiderabantur, Lib. I. Cap. III. peculiari nota deſcribendos curavimus. Cumque ad ſuum pene finem properaret Editio, adjecimus, Lege in Comitiis lata, ſelecta aliquot PRIVILEGIA, quæ PRINCIPIS MUNIFICENTIA Majoribus noſtris ob perpetuam erga Ipſum fidem conceſſit, nulla neque orthographiæ, neque interpunctionis ratione in vetuſtioribus fere habita, ut antiquorum temporum ſimplicitas & conſuetudo retineretur; quibus & alia quædam adjunximus, quæ ad noſtræ Civitatis decus nonnihil conferre viſa ſunt. Hanc qualemcunque erga Patriam, Voſque ipſos officii, benevolentiæque ſignificationem libenter accipite, & ex labore non ſine rerum noſtrarum jactura aliqua ſuſcepto fructum capite. Valete.

Pag. 16. lin. 1. Legendum *Syndic.* & sic aliis in locis.
p. 29. l. 13. CENSEMUS
p. 35. l. 5. *adita*
p. 46. l. 19. & 25. *precarii*
p. 64. l. 21. *inceperint*
p. 68 l. 9. *tione*
p. 70. l. 21. *ostium*
l. 25. *quod si*
p. 76. l. 11. *eligendis de*
p. 77. l. 12. & 14. *Abachi*, & l. 16. *Abacum*
p. 82. l. 28. *iverint*
p. 83. l. 14. Recte, *metreta vinea*, ut in vet. Ms.
p. 105. l. 22. *singulo*
Pag. 117. l. 19. *aestimatio*.
p. 120. l. 8. & 11. *inciderit*
p. 121. l. 28. *verisimilit.*
p. 127. l. 31. *tutte le*
p. 132. l. 22. *Capitula*
p. IV. l. 40. *quod*
p. VII. l. 4 *homicidiis*
l. 26. *conducerent*
p. IX. l. 25. *die VIIII.*
p. XII. l. 8. 1417.
p. XV. l. 7. *die XIX. Mar. Ind. XIIII.*
l. 25. *Ind. II.*
p. XVII. l. 28. *iccirco*
p. XIX. l. 5. Vel, ut in aliis vett. MSS. *possano cioè estrazer*
l. 37. *die 19. Dec. Ind. I.*

# PRIVILEGIA
ET
# MONUMENTA
*ALIA*
NUNC PRIMUM EDITA.



# MICHAEL STENO DEI GRATIA DUX VENETIARUM &c.

*UNIVERSIS ET SINGULIS*

PRÆSENS PRIVILEGIUM INSPECTURIS SALUTEM ET SINCERÆ DILECTIONIS AFFECTUM.



IDELIUM *& subditorum nostrorum devotio eo magis augetur, quo eorum supplicationibus gratiosius assentimus. Ad Capitula namque & supplicationes nobis, & Dominio nostro porrectas per nostros fideles subditos & devotos, communitatem & homines terræ nostræ* COLONIÆ, *ac Villarum & pertinentiarum suarum, Respondimus & concessimus prout in Capitulis, & Responsionibus annotatis inferius in presenti Privilegio continetur, Volentes & mandantes omnibus & singulis Rectoribus, offitialibus, & subditis nostris, ad quos infrascripta, vel eorum aliquod pertinebunt, quatenus omnia per nos concessa Communitati & fidelibus nostris prędictis, ad nostrum beneplacitum duratura, observare & adimplere, ac observari & adimpleri facere debeant sicut jacent. In quorum fidem & evidentiam pleniorem pręsens Privilegium fieri jussimus, & bulla nostra plumbea pendente muniri.*

*Et primo ad id quod dicta communitas & homines de Colonia petunt pro se, & Villis & pertinentiis dictę Terræ suppositis, quod Dominatio nostra dignetur concedere sibi omnes decimas campaneę Colonię spectantes nostro Dominio per spatium decem annorum, ad hoc ut refici possint de damnis per eos receptis, Respondemus & dicimus, quod consideratis ma-*

*ximis expensis per nos factis & fiendis, & quod si introitus dictę terrę Colonię & pertinentiarum suarum spectantes nostro Dominio remitterentur non possent fieri expensę in his quę fieri oportebit, & propterea non possumus complacere. Ad aliud per quod petunt introitus omnium datiorum terrę & pertinentiarum Colonię per decem annos proxime futuros, & etiam pro Communibus hominibus & villis suprascriptis, Dicimus quod placet nobis & sumus contenti, quod datia Colonię dictę communitati per decem annos proximos libere debeant remanere, qui terminus decem annorum intelligatur incepisse a die quo habuimus dictam terram Colonię, sed pro aliis Villis subjectis Colonię multis respectibus non possumus complacere. Ad aliud continens quod dicti homines de Colonia, ac Villarum & communium prędictorum compelli seu cogi non possint ad solvendum affictus suos de duobus annis, videl. de MCCCCIV. & MCCCCV. considerato quod non potuerunt laborare, nec colligere fructus, Respondemus quod quia affictus spectant spetialibus personis & non possumus aliorum juribus derogare, non possumus illos remittere, sed de eo quod solvere debent pro illis duobus annis habeant terminum trium annorum, solvendo singulo anno tertium. Ad aliud per quod petunt, quod possint refutare livella sua de possessionibus quas tenent ad livellum, & quod ex nunc nullius intelligantur esse roboris, vel momenti &c., Dicimus quod non possumus obligare nec astringere illos, quorum sunt livella & possessiones contra voluntatem suam, sed offerimus scribere Rectoribus quibus spectabit, quod procurent cum illis quorum sunt possessiones & livella, quod faciant quicquid boni poterunt pro alleviatione & contentamento illorum de Colonia.*

*Item sumus contenti & placet nobis quod omnes de Colonia, ac de Villis & communibus suprascriptis habentes debita cum aliquibus personis non possint compelli ad solvendum tota debita, sed assignetur eis terminus ad solvendum usque ad decem annos, videlicet quolibet anno decimam, qui decem anni incepisse intelligantur quando suprascriptam terram Colonię acquisivimus. Ad aliud continens quod non teneantur ad aliquas expensas fiendas in Castro Colonię per nostrum Dominium, nec ad aliquam solutionem Capitaneatus vel aliorum offitialium pręsentium & futurorum, quia nihil solvere consueverunt temporibus pręteritis, Respondemus quod placet nobis quod expensę Castri tantum fiant & solvantur per nos, & similiter salarium Potestatis. Ad id quod petunt quod non compellantur ullo tempore ad solvendum aliquas datias vel collectas, Dicimus quod eos a coltis reddimus absolutos, sed solvant datia juxta solitum. Item ad id quod petunt, quod possint accipere de lignamine a laborerio spectante nostro Dominio sine aliqua solutione, ad hoc ut construere possint domos suas quę combustę sunt intus & extra, Respondemus qud sumus contenti quod accipere possint de lignamine nemorum nostrorum ut petitur, ita tamen quod venire debeant ad nostrum Potestatem Colonię, qui de quanto*

*erit*

*erit necesse complacebit, & hoc ne nemora totaliter destruantur. Ad aliud autem per quod petunt posse conducere res & bona sua ad civitatem, & districtum Vicentię etc., Respondemus & dicimus quod concedimus eis, & volumus* quod possint dictas res & bona sua conducere & portare ad Civitatem nostram Venetiarum, & in aliis Terris *& Locis nostris sicut voluerint solvendo datia consueta.* Et volumus & decernimus quod Colonia sit de per se, & sub nostro Dominio & sub Jurisdictione Civitatis nostræ Venetiarum, & non sub jurisdictione Vicentiæ, nec Veronæ.

*Ad aliud per quod petunt quod pontes Fluminis Novi pertinentiarum Coloniæ debeant refici, & manuteneri per extimum camporum &c., Dicimus quod placet nobis quod juxta solitum observetur. Ad aliud continens quod homines de Zumella habeant redditum certorum pratorum & possessionum positorum in pertinentiis de Zumella, quæ affictabantur per offitiales factoriæ Veronæ quolibet anno circa libras octuaginta denariorum parvorum, & hoc quia in dicta Villa non sunt aliquae decimæ spectantes nostro Dominio, imo sunt spectabilis militis Domini Galeoti de Bivilaquis & illorum de Tuntinatiis, Dicimus quod quia hæc spectant aliis, non possumus aliorum juribus derogare, & ideo promittere non possumus. Ad aliud per quod supplicant quod non removeantur aliquæ ex Villis suppositis Capitaneatui Coloniæ, sed potius ponantur & confirmentur sub jurisdictione Coloniæ, Respondemus quod intentio nostra est & volumus*, quod Villæ solitæ esse sub jurisdictione Coloniæ etiam nunc confirmentur, *& sint sicut in capitulo continetur.*

*Data in nostro Ducali Palatio die* I. *mensis Aprilis, Indict.* XIV. MCCCCVI.

Ex Vicetino Statuto edito anno 1706. pag. 316. & seqq.

MICHAEL *Steno Dei gratia Dux Venetiarum &c. Universis & singulis praesens Privilegium inspecturis salutem, & dilectionis affectum. In mentis nostrae scrutinio summa diligentia principaliter haec duo versantur; promissa servare, ac eos qui fidelitate & devotione nostro Dominio veris afficiuntur effectibus, recognoscere; & nos liberales & gratos in omnibus eorum commodis, honoribus, & honestis petitionibus exhibere. &c.*

*Ad aliud continens, quod dignemur recuperare, & restitui facere communi Vicentiae Territorium Fluminis Novi ab Alpone citra, cum castris & fortaliciis in eo existentibus, quia sunt districtus Vicentiae; &c.*

Respondemus, *Quod pro tollendis differentiis existentibus inter Veronenses & Vicentinos; & etiam quia* neutra partium clare potest ostendere jura in terra & castro Coloniæ *& pertinentiis suis, Declaramus & volumus*, quod Colonia, & pertinentiæ suæ nec Veronæ, nec Vicentiæ pertineant;

*sed*

*ſed ſit de per ſe , & ſub noſtro Dominio . &c.*

*Ad aliud continens , quod omnes & ſinguli banniti , & condemnati corporaliter , vel habentes clauſulam de ſi quo per commune Vicentiæ , intelligantur , & ſint banniti omnium Civitatum , & Terrarum , & totius Dominii Dominationis noſtrae : et quod mittantur ad requiſitionem Rectorum , & communis Vicentiae , ut debite puniantur .*

Reſpondemus , *& dicimus , quod contenti ſumus & volumus , quod iſtud capitulum habeat locum , & obſervetur de caetero : & intelligantur ſolum in enormibus delictis , quae declarantur eſſe iſta ; videlicet , tradimentum , aſſaſſinaria, incendium , robaria : et illi qui occiderent patronos , vel dominos ſuos , vel poſſeſſionum ſuarum ; et quod loca , de quibus iſti tales , qui talia delicta enormia perpetrarent , debeant eſſe banniti , declarentur eſſe iſta ; videlicet ,* Vicentia , Padua , Verona , Colonia , Baſſianum , Feltrum , Cividadum , Tarviſium , & Ceneta : *ac omnes diſtrictus , territoria & pertinentiae Terrarrum , & Locorum praedictorum ac cujuſlibet eorum . &c .*

*Data in noſtro Duc. Palatio die 26. menſis Martii , Indict.* XIIII. 1406.

MCCCCVI. die XVIII. Aprilis in Majori Conſilio . In Lib. Urſa ad chart. 153.

QUIA terram Coloniæ *quae eſt inter Veronam et Vicentiam* retinuimus ſub Juriſdictione noſtræ Civitatis Venetiarum *pro non diſplicendo communitati Veronae nec communitati Vicentiae , quarum utraq. petebat ipſam , & ob hoc neceſſe eſt providere de uno ſufficienti Rectore , qui ſit perſona notabilis , & maxime quia conterminat cum Verona , et Vicentia , Vadit pars quod in bona gratia eligi debeat per duas manus electionum in Majori Conſilio unus Poteſtas dictae terrae Coloniae per duos annos , cum ſalario librarum mille quingentarum parvorum monetae Venetae , cujus ſalarii medietatem dictus Poteſtas recipiat in Venetiis , & aliam medietatem deinde de introitibus dictae Terrae , qui introitus dictae Terrae omnes reſponderi debeant noſtro Communi Venetiarum , et debeat dictus Poteſtas ducere ſecum ſuis ſalario et expenſis unum Socium , et unum Notarium qui placeat noſtro Dominio et Capitibus de* XL. , *non poſſendo ducere aliquem de dicta Terra , nec de Verona , nec de Vicentia .*

*Item habere et tenere debeat ſuis ſalario et expenſis tres domicellos et unum ragatium , et tres equos , quos equos vendere poſſit per* XV. *dies ante complementum ſui Regiminis , & de ipſis eſſe fulcitus infra unum menſem poſt introitum Regiminis , et debeat recedere dictus Rector ad beneplacitum noſtri Dominii , et cum illa comiſſione quae ſibi dabitur per Collegium , et Sapientes deputatos ſuper ſpecialibus perſonis .*

MI-

## VII.

MICHAEL *Steno Dei gratia Dux Venetiarum etc. Nob. et sap. viro Joanni Navagerio de suo M. Potestati Coloniae fideli dilecto salutem et dilectionis affectum. Receptis et intellectis literis vestris in quibus petitis declarari a nobis, si homicidæ pro omicidiis commissis in Verona et Veronensi, et in Vicentia et in Vicentino districtu possint se reducere in Colonia et ejus districtu tute, postquam dictus* locus Coloniæ est substractus a dictis locis Veronæ & Vicentiæ, *et est Regimen de per se, et quid agere deberetis in casu occurrerent homicidia in Colonia et ejus districtu etc., Vobis respondemus quod volumus, quod servetur illud quod antiquitus servabatur, Videlicet quod banniti de Verona et Veronensi, et Vicentia et Vicentino districtibus sint etiam banniti de Colonia et suo distictu,* & banniti de Colonia sint etiam banniti de Verona & Veronesi, & de Vicentia & Vicentino districtu, *& sic facere, & observare debetis in casibus vobis occurrentibus in futurum.*

*Data in nostro Duc. Palatio die 12. Maji 1406.*

MICHAEL *Steno Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus & sapientibus viris Joanni Navagerio de suo M. P. Coloniæ & successoribus suis fidelibus dilectis salutem & dilectionis affectum. Respondentes ad literas nobis missas super mandato vobis facto per nos de possendo concedere & dare licentiam Veronensibus, & Vicentinis, illis de Colonia & Flumine Novo, & quibuscumque aliis possendi conducere suos redditus de Colonia & Flumine Novo Veronam, &* Vicentiam, *solvendo in dictis Terris datia solita solvi ante guerram &c., Dicimus quod sumus contenti & volumus,* quod dictam licentiam indifferenter omnibus concedatis possendi dictos suos redditus conducere Veronam, Vicentiam, & Paduam, *cum conditione quod si conduceret illos redditus ad illas Terras, solvant datia solita ante gueram in Terris prædictis, faciendo portari vobis contraliteras ex Terris prædictis, quod ipsos redditus illuc conduxerunt, & solverunt datia solita suprascripta. Si autem conducerent dictos redditus in districtibus Terrarum prædictarum, intentio nostra est & sic per vos volumus observari, quod solvant in Colonia illa datia quæ solvissent, si conduxissent eos ad Civitatem illam, de cujus districtu erit locus ipse ad quem ipsi redditus conducerentur.*

*Data in nostro Duc. Palatio die 10. Jun. 1406.*

M.

# VIII.

MCCCCVI. die XXIX. Julii in Collegio. Lib. III. Secretor. ad chart. 35.

RESPONDEATUR *egregiis viris Dominis Nicolao de Morano Legum Doctori, & Joanni Nicolæ de Salernis Oratoribus communitatis nostræ Veronae, qui nuper ad nostram præsentiam accesserunt ad ea quæ pro parte dictæ Communitatis nobis exposuerunt, & Primo.*

*Ad illud quod petunt & supplicant, quod dignemur terram Coloniae cum suis pertinentiis reintegrare cum civitate nostra Veronae, & illam civitati nostræ Veronæ in totum subjacere sicuti semper fuit, ut dicunt a ducentis annis citra & ultra, Quod pro tollendis & sublevandis differentiis, & altercationibus existentibus & vigentibus inter ipsam communitatem nostram Veronæ, & communitatem nostram Vicentiæ propter iam dictum locum Coloniæ, ac etiam multis respectibus & considerationibus, nostra intentio est & sic volumus,* istam esse super ista materia nostram finalem responsionem, & conclusionem, *sicut etiam præfatae nostræ communitati Vicentiæ dedimus in responsum,* quod dicta terra Coloniæ cum omnibus Villis & pertinentiis & jurisdictionibus suis quibuscunque sit de per se, *& sub nostro Dominio & Jurisdictione, et dispositione nostri Dominii totaliter restituatur, ita quod nec jurisdictioni civitatum nostrarum Veronæ, nec Vicentiæ sit subjecta, sed ab illis & utraque ipsarum sit penitus separata;* & quod Rector præsens & futuri, *quos contigerit ad Regimen ipsius per nostrum Dominium de cætero deputari,* habeant Jurisdictionem in Civilibus & Criminalibus cum mero & mixto Imperio, *& aliter secundum quod per nos fuerit ordinatum.*

MICHAEL *Steno Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus & sapientibus viris Joanni Navagerio de suo M. P. Coloniæ, & successoribus suis fidelibus dilectis salutem, & dilectionis affectum. Significamus vobis quod in nostro Collegio 1406. mensis Decembris die 13. capta fuit Pars infrascripti tenoris; Videlicet, quod reformetur Cap. super facto solvendi datia de redditibus & proventibus & aliis bonis extrahendis de Colonia & districtu & Flumine Novo, & conducendis Veronam & Vicentiam in hac forma; videlicet, quod quilibet tam Veronensis & Vicentinus, & quilibet alius tam de Colonia & Flumine Novo, & quilibet alius quisquis sit habens redditus & proventus in Colonia & Flumine Novo,* possint conducere redditus & proventus suos *ac bona sua a Colonia & Flumine Novo Veronam, & tenere in Colonia prout plus placuerit,* solvendo in Verona si conduceret Veronam datia & introitus Veronæ solita solvi ante guerram, *& si conduceret Vicentiam solvat in Vicentia datia & introitus Vicentiae solita solvi ante guerram, & si tenebit in Colonia solvat datia et introitus solita solvi in Colonia ante guerram, accipiendo bulletas et contraliteras necessarias, intelligendo se*

*simul*

*simul Rectores Veronae cum illo de Colonia, et similiter Rectores Vicentiae, ne fraus committatur, et sic praecipiatur Rectoribus supradictis, et successoribus, mandantes vobis, quatenus ad vos dicta pars spectat, debeatis observare, et facere inviolabiliter observari, faciendo ipsam in actis vestre Cancellariae ad futurorum memoriam registrari.*

*Data in nostro Duc. Palatio die 17. Decembris, Indict.* XIV. 1406.

MICHAEL *Steno Dei gratia Dux Venetiarum etc. Nobilibus et sapientibus viris Jacobo de Ripa Militi de suo M. V. Potestati, Jacobo Suriano Militi Cap. et Ludovico Mauroceno, & sociis Provisoribus Veronae fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Fuimus informati per literas Potestatis nostri Coloniae, quod inter Veronenses et Colonienses certa inequalitas observatur, quoniam Veronenses sunt liberi et exempti a solutione rerum, quas de Colonia conducunt Veronam; et quod Colonienses si conducere volunt de Verona Coloniam mercationes, lignamina, fustanea, et alias res, coguntur ad aliquas solutiones et gravamina contra consuetudines antiquas, et contra id quod observabatur ante adeptionem Veronae, et Coloniae: quod si sic est nobis displicet quia incongruum et inconveniens est, et propterea vobis scribimus &* mandamus, quatenus prædictos cives & incolas terræ nostræ Coloniæ & districtus non permittatis aliquo modo gravari contra solitum in solutionibus rerum quas de Verona Coloniam conducunt, *sed quod in omnibus & per omnia tractentur in Verona, sicut antequam haberemus Dominium Veronæ, & Coloniæ tractabantur.*

*Data in nostro Duc. Palatio die 21. Januarii, Indict.* XV. 1407.

MCCCCVII. die VIII. Augusti in Rogatis.

CUM *habuerimus Coloniam antequam Veronam, & ei speciales concessiones fecerimus, & habita Verona, per Veronenses, & Vicentinos pluribus vicibus fuerimus requisiti super factis Coloniæ, & pro conservatione promissionum nostrarum, utrique dictarum Communitatum semper responderimus, quod* Coloniam volumus stare, & esse sub Jurisdictione nostri Dominii, & non habere facere cum Verona, & Vicentia; *Vadit Pars quod respondeatur dictis Oratoribus Veronensibus, sicuti eis pluries responsum fuit, & quod pluries pro parte communitatis Veronæ, & similiter Vicentiæ factae fuerunt nobis diversæ requisitiones super rebus spectantibus Coloniæ, & multotiens similes requisitiones quas faciunt ad præsens, & continue potuerunt comprehendere per responsiones habitas a nobis, quod nostræ intentionis fuit & est*

 *obser-*

*observare & manutenere concessiones & Privilegium nostrum, quas habent illi de Colonia a nostro Dominio ei concessas & promissas antequam haberemus Veronam, & propterea volendo observare promissa per nos, nolumus recedere a Privilegiis factis & responsionibus datis, quæ sunt justę & honestę, & propterea cum honore nostro nobis non videtur quod possimus aliquid innovare, nec aliud respondere quam alias fecerimus, videlicet quod volumus observare promissa illis de Colonia, & tenere dictum locum de Colonia sub Jurisdictione nostri Dominii separatum a Verona et a Vicentia, quia faciendo aliter faceremus contra nostras promissiones, contentas in Privilegio nostro bullato bulla nostra Ducali in manibus suis. Sed hoc possunt habere & tenere pro certo, & sic de novo sibi mandabimus, quod debeant facere dictis Veronensibus summarium & expeditum jus in omnibus quę habebunt facere coram eo cum prędictis de Colonia.*

MICHAEL *Steno Dei gratia Dux Venetiarum. &c. Nobilibus & sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato Potestati, & Francisco de Molino Capitaneo Veronæ, & successoribus suis fidelibus dilectis salutem & dilectionis affectum. Fuerunt noviter ad nostram præsentiam duo Oratores communitatis nostrę Coloniæ, & in effectu exponentes tria pro parte ipsius Communitatis, Videlicet. Primo quod cum de mense Februarii proxime præterito porrecta fuissent certa capitula per prudentem virum Rosinum a Campanea conductorem datiorum, & ad ipsa capitula respondissent Ambasciatores Coloniæ pro defensione sua, & inter alia foret unum, Quod si conduceretur aliqua mercantia de Venetiis, de Vicentia, Padua, & aliunde super potestaria Coloniæ, Potestas exigebat datium, & quod ipsum datium spectabat & pertinebat dicto Rosino vigore pactorum, determinatum fuit quod Potestas Colonię præsens & futuri de mercantiis & rebus, quae de suprascriptis locis & aliunde conducentur Coloniam vel in districtum, & in dicto loco Colonię remanebunt & consumabuntur, debeant accipere & exigere datium in Colonia secundum mores & consuetudines dicti loci Colonię, & quod non obstante determinatione prędicta datiarii Veronę cogunt ipsos de Colonia ad solvendum de qualibet mercantia & alia re, quae conducitur de Verona & Veronensi Coloniam: quod fieri non debet secundum observantiam capituli.* Nam quando conducuntur pro usu illius terræ Coloniæ, dummodo ibi remaneant & consumentur in ipsa Terra & loco, possunt libere conducere. *Propterea super hoc rescribimus vobis, quatenus debeatis tenere modum quod promissiones & determinationes factae, & vobis missae per literas nostras suprascriptas inviolabiliter observentur, ita quod audientia nostra non fatigetur ex similibus rebus. Item conqueruntur, ut dicunt, de quodam Camillo Emignono, qui vult cogere ipsos de Colonia pro pœna salis non levati, & pro sale non levato pro ani-*

*animalibus, quod fuit usque de* MCCCCIII. *tempore q. Domini Ducis Mediolani, quod videtur nobis extraneum quoniam dicunt non teneri, & tamem non possit videri claritas quia bulletae ostendi non possunt, eo quod quando combusta fuit illa Terra combustae fuerunt omnes scripturae. Etiam super hoc deberetis taliter providere, quod non cogerentur ultra debitum, & quod non fatigemur quotidie de talibus molestiis, ad quas vestra interest providere. Item ultimo conqueruntur, quod per judicem dugalium molestantur pro dugalibus usque de tempore* MCCCCVI. *& quod si veniunt Veronam aliqui Colonienses coguntur ad carceres: quod fieri non debet vigore suorum Privilegiorum. Nam ut videtur spectat ad Potestatem Coloniae eos imponere, sub cujus jurisdictione consistit illa Communitas, & propterea taliter exequamini in praedictis, quod observentur sibi Privilegia & concessiones suae, & quod non habeant causam quotidie ad nos venire: secundum quod in fidelitate vestra ac prudentia vestra plene confidimus.*

*Data in nostro Duc. Palatio die* IX. *Novembr. Indict.* VI. MCCCCXII.

Potestati & Capitaneo Vicentiæ.

FUERUNT *ad praesentiam nostram egregii Legum Doctores D. Vincentius de Scledo et D. Baptista de Valmarana, Ambasciatores communitatis nostrae Vicentiae, exponentes et allegantes ex parte dictae Communitatis, quod dicta Communitas impotens erat cum territorio nostro Vicentino ad contribuendum expensis necessariis pro conducendo lanceas centum, et pedites centum secundum requisitionem factam per Ambasciatores nostros illuc missos causis, et rationibus per eosdem D. Vincentium et Baptistam narratis et allegatis etc. quos Ambasciatores audivimus, et omnia per eos exposita intelleximus diligenter, & super expositis per eos habuimus deliberationem optimam, et eis cum nostris Consiliis Rogatorum et additione fecimus responsionem, Quod dicta nostra communitas Vicentiae cognoscere poterat, quod illud quod ordinavimus fieri per communitates nostras Vicentiae, Paduae, et Veronae, terminavimus pro bono et conservatione sua et bonorum suorum causis et respectibus satis notis. Sciebat enim dicta communitas Vicentiae, quod communitas Paduae, et Veronae allacriter abtulerunt mandatum nostrum exequi, et quod licet cognosceremus dictam nostram communitatem Vicentiae fore potentem ad contributionem expensarum necessariarum pro lanceis et peditibus centum, tamen ut videret et cognosceret nostram benignitatem erga eos eramus contenti diffalcare de dictis lanceis centum lanceas 25. ita quod contribuant ad expensas lancearum 75. et peditum centum; ac declaravimus eis* quod deliberavimus communitatem Coloniæ facere de per se, *& nihil*

*hil contribuere debere cum communitate Vicentiae de expensa dictarum lancearum 75. et peditum centum, et propterea cum dictis nostris Consiliis vobis scribimus et mandamus, quatenus providere debeatis quod dicta nostra communitas Vicentiae cum toto territorio Vicentino contribuat ad dictam expensam necessariam lancearum 75. peditum centum, secundum quod superius continetur, providendo quod dicta communitas Coloniae de expensa prædicta nihil contribuat, quia volumus quod faciat de per se, sicut per nos fuit ordinatum. Die ultimo Novembr. 1407.*

FRANCISCUS *Foscari Dei gratia Dux Venetiarum etc. Nobilibus et sapientibus viris Danieli de Rainerio de suo mandato Potestati Coloniae, et successoribus suis dilectis fidelibus salutem et dilectionis affectum. Inclinati supplicationibus fidelis communitatis nostrae Coloniae, quae nuperrime reformavit certa sua Statuta et ordines, et supplicavit ut illa approbare et confirmare dignaremur; ipsa* Statuta & ordines *cum nostris Consiliis Rogator., et additionis* duximus *tenore præsentium* confirmanda & approbanda; *reservato tamem nobis arbitrio et libertate eos et ea corrigendi, mutandi, et addendi, prout de tempore in tempus nostro Dominio videbitur. Mandamus igitur vobis cum dictis nostris Consiliis, quatenus ipsos Ordines et statuta, in quantum ad vos attinet, observare & observari facere debeatis.*

*Data in nostro Duc. Palatio die* XIII. *Maji, Indict.* X. MCCCCXXXII.

MCCCCXXXIII. die XIII. Novembris.

CUM *facta fuerit gratia egregio viro Christino Francisco de Bivilaquis, non obstante condemnatione contra eum & fratres facta per viros Nobiles s. Bartholomeum Nani, & s. Vitum de Canali tunc Cap. Veronę, quod idem Christinus Franciscus solum remaneret bannitus de Verona & Territ. Veronensi, & Vicentia & Territ. Vicentino, & idem Christinus Franciscus comparuerit ad pręsentiam Domini humiliter supplicans ut dignaretur declarare, si poterat in terra Colonię & districtu, ubi ipse & fratres certas possessiones habent, stare & habitare, per infrascriptos Dominos Consiliarios considerato* quod terra Coloniæ cum eius districtu separata est a jurisdictione Veronæ, & jurisdictione Vicentiæ, *Terminatum fuit quod dictus Christinus Franciscus poterat & possit stare secure in Colonia, & eius districtu.*

*CONSILIARII.*

| | | |
|---|---|---|
| *s. Joannes Navagerio.* | *s. Andreas Mocenigo.* | *s. Franc. de Garzonibus.* |
| *s. Delphinus Venerio.* | *s. Jo. Contareno Miles.* | *s. Marc. Lippomano Doct.* |

FRAN-

# XIII.

FRANCISCUS *Foscari Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus & sapientibus viris Petro Coppo de suo mandato Provisori Colonię, & successoribus suis fidelibus dilectis salutem & dilectionis affectum. Inducti maxima fidelitate & devotione, quam erga Statum nostrum in his bellorum adversitatibus ostenderunt fideles nostri, commune & homines ac districtuales illius terrę nostrę Colonię: & ita ostenderunt, ut potius voluerint pati & domorum incendia & captivitates, & alia incommoda quę bellorum conditiones afferre solent quam tyrannicum dominium subire, aut ipsi aliquo modo adhęrere; ut nostra liberalitas sit exemplo, eis Communi & hominibus ac districtualibus pręsentium tenore concedimus: ut si evenerit quod fiat pax, ex tunc usque ad annos quinque proxime secuturos sint liberi & exempti ab omnibus factionibus oneribus et gravaminibus, tam realibus quam personalibus et mixtis, ut possint ea reficere quę guerrarum eis abstulerunt incendia. Insuper quod si evenerit, quod presto futurum speramus, quod loca Leniaci, et Castribaldi veniant sub Dominium nostrum, ex tunc etiam usque ad quinque annos non allogiabunt in dicto loco Colonię aut ejus districtu gentes aliquę armigerę equestres, ut ipsi fideles nostri se in suis bonis valeant resarcire. Mandamus igitur vobis, et vestrum cuilibet, quatenus dictas nostras concessiones si ea tempora evenerint observetis, et faciatis inviolabiliter observari omni exceptione remota.*

*Data in nostro Duc. Palatio die* XXII. *Januar. Indict.* IV. MCCCCXL.

IN *majori Consilio Communis et hominum Colonię more solito et vocato, pręsente continuo prudente viro Ser Gasparo de Bononia, cive et habitatore Colonię, Sindico generali omnium communitatum districtus Colonię, et consentiente, astantibus etiam tribus partibus quatuor integralium massariorum communitatis dicti districtus, et vocem suam interponentibus, capta fuit Pars tenoris infrascripti; videlicet, quod cum necesse sit ut pro bono reip. Coloniensis, expensis pauperum personarum Coloniæ & districtus limitandis, quod justissimum est, & nefandissimum esset eas contra debitum supportare ad detrimentum totius universitatis Colonię & districtus, Vadit Pars quod compareatur & obtineantur de gratia speciali coram Serenissimo & Excellentissimo Ducali Dominio nostro Venetiarum* confirmationes Statutorum *infrascriptorum, & reformationum Correctionum successivarum, quę Statuta & Correctiones sunt infrascriptæ, videlicet.*

FRAN-

FRANCISCUS *Foscari Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus & sapientibus viris Paullo Contareno de suo mandato Potestati Colonię, & successoribus suis dilectis salutem & dilectionis affectum. Pro parte illius fidelissimae Communitatis nostrę nobis humiliter supplicatum fuit, ut aliquas correctiones Statutorum captas in Consilio communis & hominum Colonię approbare & confirmare dignaremur. Nos autem optantes res eis gratas perficere, & in omnibus possibilibus & honestis complacere* dictas correctiones Statutorum approbamus & confirmamus in omnibus suis partibus ad litteram, *ut facerent, quas vobis remittimus praesentibus inclusas, nobis reservantibus semper & in futurum arbitrium & libertatem addendi minuendi & corrigendi, mandantes vobis & successoribus vestris, quod dictas correctiones observare & observari facere inviolabiliter debeatis, facientes has nostras in actis Cancellariae vestrę deinde ad futurorum memoriam registrari.*

*Data in nostro Duc. Palatio die* XX. *mensis Junii, Indict.* VI. MCCCCXLII.

AUGUSTINUS *Barbadico Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobili & sapienti viro Sebastiano Marcello de suo mandato Potestati Coloniæ fideli dilecto salutem & dilectionis affectum.* Molto ve laudemo de la diligentia haveti usata nel scoder el resto del subsidio imposto a questo Luogo nostro, et *item* molto commendemo la prompteza de quelli fidelissimi nostri a Noi za molto tempo ben nota. a notitia adonque vostra habiamo recceputo dal presente portador li ducati cento ne haviti mandato per conto del dicto subsidio per la segonda paga de quello, fazendo intendere a quelli fidelissimi nostri che sempre siamo per esser memori de tal sua promptitudine, et optimo voler verso el stato nostro, et de la fede sua sempre grandemente si habiamo promesso.

*Data in nostro Duc. Palatio die* V. *Octobr. Indict.* III. MCCCCXCIV.

AUGUSTINUS *Barbadico Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nob. & sapienti viro Jo. Matthæo Contareno de suo mandato Potestati Coloniæ, & successoribus suis fidelibus dilectis salutem & dilectionis affectum. Audivimus in contradictorio Nuntios & Oratores istius fidelissimæ communitatis Coloniæ cum Nuntiis districtualibus territorii nostri Veronensis in causa expensarum salarii superstitum Brentæ solvendarum, intendentes & requirentes districtuales ipsi præfatam Communitatem cogi debere ad contributionem expensarum præfactarum pro rata sua &c. e converso autem ipsi Colonienses non subjacere alicui expensæ præfactæ*, cum sint separati & segregati a Veronensi territorio *&c. unde visis & intellectis ratio-*

*rationibus supradictis & aliis, & demum considerato,* Quod communitas Coloniæ & ejus Cives habentur pro Venetis Civibus, *declaramus præfatos Colonienses minime subjacere, nec cogi posse nec debere ad aliquam solutionem impensarum præfactarum suprascriptarum superstitum: & ita partes ipsas licentiavimus: quam deliberationem nostram vobis significandam duximus ad vestram informationem.*

*Data in nostro Duc. Palatio die* IX. *Martii. Indict.* XIII. MCCCCXCVI.

AUGUSTINUS *Barbadico Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobili & sapienti viro Antonio Sanuto de suo mandato Potestati Coloniæ fideli dilecto salutem & dilectionis affectum. Gratum nobis fuit intellexisse quantum vestris litteris dici* XVIII. *instantis hoc mane receptis significatis circa imprimis studium & diligentiam, per vos adhibitam in inveniendis hominibus & equis pro aductione artellariarum nostrarum &c. & promptitudinem illorum fidelissimorum civium nostrorum in exbursandis pecuniis pro ipsis hominibus & equis, prout litteræ nostræ attestantur. Quamobrem volumus has ad vos dare, vobis cum Collegio nostro declarantes nos plurimum laudare & commendare tam operam vestram, quam devotionem illorum civium nostrorum fidelissimorum, qui una nobiscum contenti sunt pati onera & pondera in istis necessitatibus nostris, neque dubitamus in futurum, si acciderit, quidquam debere recusare,* cum sint sicuti Cives nostri Venetiarum, quod volumus illis significetis. *Circa vero expeditionem hominum & equorum suprascriptorum, per alias nostras vobis significabimus eorum discessum particulariter & distincte; ideo illos tenebitis præparatos, ut possint discedere ad primum mandatum nostrum.*

*Data in nostro Duc. Palatio die* XIX. *Octobr. Indict.* IX. MCCCCXCVIII.

AUGUSTINUS *Barbadico Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobili & sapienti viro Sebastiano Marcello de suo mandato Potestati Coloniæ fideli dilecto salutem & dilectionis affectum.* Le vostre lettere de terzo zorno ne han dechiarito cum quanta fede e devotion questa fedelissima Comunità nostra ha accepta la limitation sua del subsidio Cristiano: et cum quanta prompteza hano exborsato li primi cento ducati: li quali habiamo receputo da li prudenti Biaxio Bertoldo et Zuane de li Facini ambassadori de essa Comunità. Questa cossa certamente e sta conveniente a la lor fede verso del Stato nostro, et ben correspondente a la expedition nostra, et a nui grata et accepta: si che habiamo voluto per queste dechiarirve la sotisfaction del animo nostro: comettendovi che a questi fedelissimi nel lor Consiglio dobiati fare intender tal nostra sotis-

tisfaction, laudandoli et commendandoli cum quella forma de parole ve pare, et dechiarandoli che de li meriti sui siamo per esser recordevoli in ogni tempo.

*Data in nostro Duc. Palatio die* 22. *Julii Indict.* III. 1499.

AUGUSTINUS *Barbadico Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobili & sapienti viro Gaspari Cornario de suo mandato Potestati Coloniæ fideli dilecto salutem & dilectionis affectum.*
Havendo in ogni tempo per molte e diverse experientie cognosciuto la fede et devotione de quella fidelissima et a nui carissima Comunità, no he sta hora novo intender per vostre lettere *& similiter* per mezo di Oratori suo la promptissima e dispositissima sua volontà de esser âparati ad contribuir *non solum* i soldi cinque per campo, *verum etiam* de exponer il resto de la facultà et persone proprie per honor et exaltation de la Signoria nostra in questa sanctissima et saluberima expeditione contra la rabia del immanissimo Inimico de la Religion Christiana, cossa invero che ne è de sumo a piacere et contento, che pertanto habiamo deliberato scrivervi le presente: Volendo: et cum universo Colegio nostro comandemovi che chiamati a voi epsi fidelissimi nostri dobia cum quelle parole, che la prudentia vostra ve subiminstrerà laudarli et sumamente comendarli, significandoli nui in tempo alcuno non esser per domentegarsi de questa lor bona dispositione verso la Signoria nostra, si come ricercha la fede et devotione sua, et hora et in ogni tempo demostrata.

*Data in nostro Duc. Palatio die* 11. *Februarii, Indict.* IV. 1500.

AUGUSTINUS *Barbadico Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobili & sapienti viro Gaspari Cornario de suo mandato Potestati Coloniæ fideli dilecto salutem & dilectionis affectum.*
Questa mattina per el fidel citadin nostro de lì Hieronymo de i Merchadanti havemo recevoto lettere vostre de 18. et insieme ducati ducento per computo de la contributione deli Campi, la qual prompta demostratione de quelli fidelissimi nostri grandemente comendamo, non meno laudamo et extollemo la virtù diligentia et studio vostro in far dicta exactione: per la quale meritate da nui esser comendato, tenendo per zerto che nel resto siati per servar la medesma solicitudine. Quanto specta ala declaratione dimandate de li Zintilhomini, et citadini nostri Veneti, Monasterii, citadini Veronesi et Vicentini hano possession de lì: Nostra intention: *et ita* ve

ve comandemo che exigere debiati da li dicti , i quali non habino a pagar in altro luogo, salvo in quello nel qual hano le possession sue , perche cussi è stato deliberato se faci in tutti li altri loci nostri. Del Vexillo dimandate per esser quello se ritrova lì lacerato provederemo che a quelli fidelissimi nostri sia satisfacto.

*Data in nostro Duc. Palatio Die 20. Februar. Indict.* III. 1500.

AUGUSTINUS *Barbadico Dei gratia Dux Venetiarum &c. Universis & singulis ad quos presentes advenient , & presertim officialibus nostris Venetiarum . Notum esse volumus quod morem gerere volentes fidelissimæ communitatis nostræ Coloniæ, quam inter charas charissimam habemus , eidem concessimus & ita presentium tenore concedimus ,* quod sibi liceat habere domum in hac Urbe nostra , *in qua omnes Colonienses hostiari & allogiari indifferenter possint, quando se Venetias conferunt, sicuti aliis Civitatibus & Locis nostris quoque concessimus, jubentes omnibus quibus spectat, ut concessionem hujusmodi ipsi Communitati & fidelibus nostris observent, faciantque inviolabiliter observari.*

*Data in nostro Duc. Palatio die* VI. *Decembris* 1500.

Reverendiss. D. Cardinali S. Mariæ in Porticu .

OPPIDUM nostrum Coloniæ connumeratur , *ut Reverendissimam Dominationem vestram non latere arbitramur ,* inter Parochias hujus Vrbis nostræ Venetiarum . *Illi fideles nostri vita functo D. Christophoro de Cornalis Decretorum Doctore Archipresbytero plebis Coloniæ, nominaverunt in Archipresbyt. Ven. D. Presbyterum Christophorum Rainerium Coloniensem , Sacerdotem pluribus virtutibus insignitum, & universis illis fidelibus nostris summopere gratum , qui nequaquam pati possent, quod ipsum beneficium tanti momenti ad extraneos & in comendam transiret , prout sequeretur , quando electio facta per Reverendiss. Domin. vest. R. Episcopi Catharensis locum haberet . Eandem iccico enixe & ex animo rogatam volumus , ut pro sua bonitate & religione , & in gratificationem totius illius fidelissimi populi , ac per consequens D. V. velit esse contenta, ut* circa nominationem prædicti Archipresbyteri plebis Coloniæ observetur, quod observari consuevit in ceteris Parochialibus Ecclesiis hujus Urbis nostræ , *ubi alii quam parochiales in nominatione plebanorum se non ingerunt , & efficere ut præfatus presbyter Christophorus Rainerius nominatus & electus in ipso beneficio conservetur . Id enim equum erit & convenientissimum , rationibus supradictis dignum pietate & religione vestræ Reverendissime Dominationis ; Nosque adeo gratum & acceptum habebimus*

*mus, ut gratius nihil in hoc genere ab ea expectare possemus.* VI. *April.* 1501.

1560. *die* 5. *Septembris in Consilio. X.*

CHE Paolo di Nodari, il quale è nasciuto in questa nostra Città di legittimo matrimonio, ma il padre suo nominato Marco è nasciuto a Cologna, ed esso giovine abita in casa del circonscritto Secretario nostro Z. Battista di Lodovici, il quale ha intenzione di allevarlo nella profession sua delle Zifre, come dipendente da una sua sorella, atteso eziandio che Cologna è del Sestier di Ossoduro di questa nostra Città, *possa esser provato nell' elezione, che di breve si ha da far di estraordinarj del Cancellier nostro Ducal.*

*Aloysius Garzonius Ducalis Notarius.*

MAGNIFICI *Domini Carolus Maurocenus, Zacharias Vendramino Procuratores S. Marci, & Hieronymus Superantio honorandi Conservatores Legum, audita requisitione facta per Excellentem Dominum Petrum-Paulum Rutilium Doctorem, Civem Coloniæ, quod per eorum Magnificentias declaretur, ipsum posse exercere officium Advocati in hac Urbe, tam in curiis Palatii, quam alibi, quemadmodum exercent Advocati Veneti Originarii, sive orti Venetiis, vigore Partis Advocatorum captæ in Majori Consilio de anno* 1537. *cum sit ipse Civis Coloniæ, & Coloniæ natus & educatus*], *quæ ex Privilegiis concessis illi Spectabili Communitati, quando fuit separata a civitate Veronæ*, assumpta fuit sub Jurisdictione hujus Almæ Urbis Venetiarum, & habetur pro Sexterio Dorsi Duri, *ut ex publicis Documentis per eum productis comprobatum fuit, cum etiam comprobaverit se ortum esse Coloniæ ex fide facta per Rectorem illius Loci, & ex pluribus testibus super inde examinatis; unde ipsi Magnifici Domini visis supradictis probationibus, censentes hujuscemodi petitionem æquam esse, declararunt*, ipsum D. Petrum-Paulum posse exercere munus Advocati in dictis omnibus curiis, & aliis locis hujus Civitatis, quemadmodum faciunt alii Advocati Veneti *ex forma suprascriptæ Partis, & propterea ipsum numero Advocatorum Venetiarum adscribendum esse, & ita jus suum exercere posse, & ita jusserunt annotari &c.*

*Die* 27. *Septembris* 1560.

*Georgius de Stephanis Ducal. & Magnificor. Dominor. Conservator. Legum Notar.*

Udi-

## XIX.

*Rectoribus Veronæ.*

UDiti da Noi li Oratori della Comunità di Cologna in contradittorio con li intervenienti per li daziari della Stadella di quella Città intorno l'impedimento, che da essi daziari vien posto a quelli del loco di Cologna e Territorio, che non possano *jure* estrazer di quella Città ogni sorte e quantità di mercanzia per uso delli abitanti in Cologna e suo Territorio senza pagamento di dazio, e veduto e considerato quanto ambe le parti han voluto dir a loro favor, e specialmente li Privilegj antichi della predetta Comunità, per li quali è disposto che tutti di Cologna e Colognese possano estrazer di quella Città a voi commessa, quella sorte di mercanzie dichiarite in essi privilegj, che siano però per uso loro, senza pagamento alcuno di dazio, e la continuata osservanza di essi privilegj sin questo dì, Abbiamo deliberato di scrivervi la presente, con la quale vi commettemo che dobbiate permetter, *che senza impedimento o molestia, e senza pena alcuna possano tutti gli abitanti in esso loco di Cologna e suo territorio, estrazer ogni e qualunque sorte di mercanzia per l'uso loro fuori di quella Città, secondo la forma delli privilegj soprascritti ed antichissima osservanzia*, come è detto, sicome ricerca la giustizia.

*Data in nostro Duc. Palatio die 29. Decembr. 1567.*

CONSIGLIERI.

f. Piero Venier. f. Jeronimo Soranzo.
f. Zuanne Memo. f. Michiel Suriano.

FRANCISCUS *Molino Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobili & sapienti viro Vincentio Zane de suo mandato Potestati Coloniæ fideli dilecto salutem & dilectionis affectum.*
La Parte trasmessa costà in materia di obbligar Rettori alla permanenza de' loro Reggimenti è stata universalmente inviata a tutti, perchè resti esequita da chi veramente s'aspetta. Non intende però il Senato, che questa generica diligenza deroghi ai Privilegj particolari de' sudditi nostri, onde a costesti, che sono amatissimi, saranno conservate le antiche prerogative del Reggimento, nè doverà in ciò nulla innovarsi di più del già praticato. Bene intanto vi siete contenuto, divertendo altre istanze in questo proposito, in cui potrete assicurar la fedelissima Comunità del solito affetto paterno, e del desiderio insieme d'ogni sua giusta soddisfazione.

*Data in nostro Duc. Palatio die 11. Decembr. Indict. 8. 1647.*

*Copia tratta da una Tolella, eſiſtente nell' Officio delli* Clarissimi Signori X. Savj *ſopra le Decime.*

*S. MARCO.*

S. Baſſo.
S. Geminian.
S. Zulian.
S. Moisè.
S. Fantin.
S. Maurizio.
S. Maria Zebenigo.
S. Anzolo.
S. Samuel.
S. Vidal.
S. Benetto.
S. Paternian.
S. Lucca.

*CASTELLO.*

S. Pietro.
S. Biaſio.
S. Martin.
S. Zuan in Bragola.
S. Antonin.
S. Giuſtina.
S. Trinità.
S. Severo.
S. Procolo.
S. Zuanne Novo.
S. Maria Formoſa.
S. Marina.
S. Lio.

*CANAREGIO.*

S. Geremia.
S. Lunardo.
S. Maria Maddalena.
S. Marcilian.
S. Foſca.
S. Feliſe.
S. Soffia.
S. Apoſtolo.
S. Maria Nova.
S. Catterina.
S. Zuan Griſoſtomo.

*CA-* *CA-*

*OSSO DURO.*

S. Tomà della Zuecca.
S. Baſeggio.
S. Niccolò.
S. Raffael.
S. Margherita.
S. Barnaba.
S. Pantalon.
S. Trovaſo.
S. Agneſe.
S. Vido.
S. Gregorio.
* Cologna.

*S. CROCE.*

S. Lucia.
S. Simon Apoſtolo.
S. Simon Grande.
S. Giaco. Dalorio.
S. Zuan Degolà.
S. Stae.
S. M. Mater Domi.
S. Caſſan.
* Muran.
S. Salvador.
S. Steffano.
S. Donà.

*S. POLO.*

S. Tomà.
S. Stin.
S. Agoſtin.
S. Boldo.
S. Silveſtro.
S. Apponal.
S. Zuanne de Rialto.
S. Mattio de Rialto.

Locus sigilli
S. Marci.

*Anzolo Baronier Quad. e Coad.*

Fran-

# XXI.

FRANCISCUS *Molino Dei gratia Dux Venet. &c. Nob. & Sapientib. Viris, Laurentio Minoto, &c.* Essendo vacante la Chiesa Parrocchiale, chiamata Arcipretato della terra di Cologna, ec. *de jure Patronato e libera elezione del Consiglio* ec. il suddetto Consiglio congregato ec. ha eletto nel modo solito, come da parrocchiani vengono eletti a voti li Piovani di questa Città, il Rev. Benedetto Crescentini ec. *essendo quella Terra connumerata nel Sestier d'ossoduro ec.* Però vi commettiamo col Senato, che facciate poner al possesso d'essa Parrocchiale il suddetto Rev. Benedetto ec.

*Data in nostro Duc. Palatio die* 15. *Januar. Indict.* VII. 1653.

DOMINICUS *Contareno Dei gratia Dux Ven. &c. Nob. & Sap. Viro Jo. Baptistæ Valiero, de suo M. P. Coloniæ &c.* Osserviamo nelle vostre di 25. spirato l'applicazione, con la quale, in ordine alle pubbliche commissioni, avete preso per mano l'affare della compartita de' Galeotti. Aver voi ritrovato difettiva *cotesta* * *Città* di quattro ec.

*Data in nostro Duc. Palatio die* 8. *Decembr. Indict.* XIV. 1660.

FRANCISCUS *Laurcdano, Dei gratia Dux Venet. Nob. & Sap. Viro Petro M. Cornelio, de suo M.* Potestati & Capitaneo *Coloniæ &c.* Dalle diligenze che avete praticate, e su gli Incanti replicati, e per la via de' maneggi, per la liberazione delli due dazj di *codesta Camera*, ec.

*Data in nostro Duc. Palat. die* XXXI. *Maji, Indict.* VII. MDCCLIX.

FRANCISCUS *Lauredano Dei gratia Dux Venet. &c. Nob. & Sap. Viro Josepho Mariæ Barbaro, Potestati Coloniæ &c.* Dovendosi esequire nella corrente stagione della Primavera le *Mostre generali* di coteste Ordinanze, resta incaricato il zelo vostro ad ordinare quanto occorre per l'effetto, concertando le giornate col Colonnello ec. Sarà poi dell' attenzione vostra trasmettere la relazione, e le copie de' Rolli al Savio nostro all'Ordinanze, ec.

*Data in nostro Duc. Palatio die* 21. *Martii, Indict.* IX. MDCCLXI.

MAR-

* „ Da questa e da altre Ducali, riservate in pubblico Archivio, tante fino al dì d'oggi che formare se ne potrebbe un giusto volume, manifestamente apparisce, essere stata Cologna dalla SOVRANA MUNIFICENZA fregiata di questo titolo, e come capo di piccola provincia in ogni tempo riconosciuta.

## XXII.

MARCUS *Foscarenus Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nob. & Sap. Viro Jacobo Bembo, de suo mandato Potestati Coloniæ fideli dilecto salutem, & dilectionis affectum*. Ha piaciuto a Dio Signore compensare la perdita dolorosa del Sereniss. D. D. Francesco Loredan colla sostituzione della qualificata e degnissima Persona del Sereniss. D. D. Marco Foscarini. Le parti singolari di virtù e bontà, che adornano il di lui grande animo, e gli impieghi sostenuti da esso e dalla sua benemerita Casa, hanno chiamato il concorso de' Voti in promoverlo a tal dignità. A sì distinte prerogative accoppiandosi quelle della Giustizia e della Prudenza, volemo sperare che sotto gli auspicj d'un tanto acclamato Principe sia per assistere il Signore Dio al bene della Repubblica, e donarle la grazia delle sue celesti Benedizioni. Ve ne portiamo questa notizia, affinchè partecipata a cotesti fedelissimi Sudditi, ne ricevano quel contento ch'è proprio dell'inalterabile professata divozione loro alla Signoria Nostra. E mentre è solito dovuto costume delle Città Nostre d'eleggere in tali casi Ambasciatori per congratularsi a' piedi di sua Serenità, risolviamo col Senato di dispensarli per questa volta di tale obbligazione, appagandosi della costanza dell' ossequio, e della sincerità che ci promettiamo de' loro voti.

*Data in nostro Duc. Palatio die* v. *Junii, Indict.* x. MDCCLXII.



IX.

# XXIII.

IX. AGOSTO MDCXLIII.

ILLUSTRISS. SIG. PODESTA', MAGNIF. CONSIGLIO.

L'Affetto particolare, che io Co. Annibale Sarego ho sempre portato nel corso di mia vita a questa onoratissima patria di Cologna, che posso dir in quella esser nato e vivuto, ed in oltre la stima che sempre ho fatto delle grazie e prerogative, che ella gode appresso Sua Serenità, con la corrispondenza dimostratami sempre da tutta questa Cittadinanza, han cagionata nell'animo mio un' ardentissima brama di tanto maggiormente avere occasione di poter alla giornata con vivi effetti farmi conoscere per tale, che pertanto confidato nella benignità e gentilezza di questo Magnifico Consiglio, a quello ricorro, e supplicandolo faccio riverente instanza, che si compiaccia graziarmi di essere ammesso e connumerato nel numero de' suoi cittadini con li miei discendenti. La Grazia ch' io chiedo, e che son per ricevere sarà appresso di me grandissima, e con infinito obbligo della mia persona e di tutta la mia casa, per corrisponder sempre in ogni occorrenza come buon cittadino; Grazia ec.

Letta la sopraddetta supplicazione nel Magnif. Consiglio, e considerate le degne condizioni del sopraddetto Illustriss. Sig. Co. Annibale, che lo rendono meritevole della supplicata grazia, fu posto Parte per il Magnif. Sig. Provveditore, che detto Illustriss. Sig. Co. con la sua discendenza sia creato ed ammesso nel numero de' Cittadini di questa Terra, conforme la sopraddetta sua supplicazione.

*Capta. Pro 33. C. 1.*

Die primo Mar. 1654.

*Illustrissimo Signor Podestà, Magnifico Consiglio.*

LI Privilegj anticamente concessi, e poi in diversi tempi confermati a questa onoratissima patria di Cologna, quando fu dal Principe Serenissimo tolta sotto la giurisdizione dell' Inclita Città di Venezia, e aggregata a quelle Contrà e Parrocchie descritte nel Sestier d'Osso Duro, sono così singolari che non è meraviglia, se come preziosi vengono da Nobili, e Cittadini esteri al maggior segno stimati ambiti e desiderati; che per ciò noi Marc' Antonio, e Gio. Battista fratelli Conti Valmarana di Vicenza, ad imitazione d'

altri

altri Soggetti di nobilissime condizioni, desiderando essere partecipi degli onori, e prerogative godute da questa Cittadinanza, unita per sua gloriosa fortuna a quella della suddetta Inclita Dominante; ricorremo a V. S. Illustriss., ed a questo Mag. Consiglio, supplicandolo degnarsi d' accettar noi con tutta la discendenza nostra sotto la benigna sua protezione, ascrivendone nel numero de' Cittadini di Cologna, assicurandole che per questo singolarissimo favore nutriremo di continuo negli animi nostri desiderio ardentissimo, e sempre costante di servire non solo a questo Pubblico, ma di giovare ancora a cadauno particolare di questa Patria, alla quale secondo la nascita e condizion nostra corrisponderemo con effetti onorevoli, per rendersene insieme con la posterità in ogni tempo, e in qual si sia occorrenza meritevoli; Grazia ec. Letta ec.

*Capta. Pro 30. C. 2.*

Die 26. Decembr. 1658.

*Illustriss. Sig. Podestà, Molto Illust. Sig. Provveditor, Mag. Consiglio.*

DEsiderando io Francesco Pigna Cittadino di Padova del q. Sig. Anasarte d'esser annoverato tra Cittadini di cotesta nobil patria di Cologna, onore sempre da me ambito ed altamente stimato, vengo perciò con le presenti riverentissime a supplicar V. S. Illustriss., il Molto Ill. Sig. Provveditor, e cotesto Magnifico ed onorando Consiglio, che si compiacciano di farmene degno, insieme con Giulio mio figliuolo e discendenti da quello; che di tanta grazia ne conserveremo sempre verde la memoria, e ne porteremo al sepolcro le nostre obbligazioni; promettendo una viva divozione, e singolar prontezza in ogni occorrenza di cotesto Pubblico; Grazie ec. Letta ec.

*Capta. Pro 41. C. 2.*

,, Varie altre simili alle tre soprapposte Parti, esistenti ne' pub-
,, blici Registri di questo Consiglio, donde le precedenti cose si
,, sono tratte, per brevità si tralasciano.

*F I N I S.*



S. FELIX  S. FORTUN.



# *PROTECTORES*
# COLONIÆ.

# STATUTA
# COMMUNITATIS
# COLONIÆ

CORRECTA, ET POSTEA CONFIRMATA
A SERENISSIMO DOMINIO

ANNO DOMINI
MDXCIII.

# AD ILLUSTRISSIMUM
## ET PRAESTANTISSIMUM
## SENATOREM,
# LEONARDUM DONATUM
## EQUITEM, AC DIVI MARCI
## PROCURATOREM,

VIRI COLONIENSES.



*AGNANIME Vir, munus offertur a nobis Tibi multis nominibus merito ac necessario debitum; Municipale Jus est Coloniæ reformatum, atque a Serenissimo Duce Paschale Ciconia nuperrime confirmatum. Reformatio quidem nostrum est opus; confirmatio autem Humanitatis, ac Benevolentiæ Tuæ gratia. Accipe læto vultu; & licet personarum, ac rerum in muneribus semper habenda sit ratio, non tamen illud ex Tua Dignitate spectare velis, quia minimum, sed ex animo nostro, quoniam maximum. Nos autem omnes illud sequimur, quibus Te uno Patrono tran-*

quil-

*quillam vitam nancisci datur, ea aperte de Te prædicantes, quæ Tuorum Meritorum memores tacite admirabamur. Multa equidem dici possent de illa admirabili facundia, quæ in sermonibus Tuis viget, & elucet; & quæ Tibi omnium Principum animos, atque voluntates primo statim aspectu devincit, conciliat, ac Te veluti priscæ majestatis exemplar ad amandum allicit: multa, inquam, de Ingenii Tui excellentia, in quo omnes Te dignæ Virtutes, omnes veluti in naturali totius eruditionis domicilio facile comprehenduntur. At pauca sunt ista; ignosce obsecramus. Quis enim unquam tanta dicendi copia præditus reperitur, qui Te unum omnium Oratorem optimum, hujus ornamentum seculi, divinarum, atque humanarum literarum, & studiorum præsidium, laudare possit; & non semper, cum de Te multa dixerit, plura tamen omisisse, & tacuisse videatur? Hinc factum est, ut Colonia, quamvis loci vetustate decoretur, quemadmodum ex illis Catulli carminibus ad Coloniam scriptis legitur; & agri ubertate locupletetur, ut victus sæpe unica tantum messe collectus per quadriennium fere incolis sufficere possit; ac etiam ipsimet non modicam pulchritudinem afferat Arx antiquæ, sed eximiæ structuræ, jam fortissimum propugnaculum: non tamen tanta animi ex his voluptate afficiatur, quanta pro singulari Principis Beneficio, qui ipsam Jure quasi Veneti Municipii donavit; nunc demum pro Tuo liberali Patrocinio in quocunque suo Jure confirmando, & tuendo, incredibili animi jucunditate perfunditur.*

*Suſcipe igitur voluntatem noſtram ; mos enim eſt animi liberaliter inſtituti deſpectui voluntates non habere ; & caveas, quæſumus, ne Tua nos Benevolentia fraudent illi, qui nobis longe honorificentius & copioſius Tuas Laudes prædicare conati ſunt, quoniam ardentius quemquam hæc præſtitiſſe nemini concedimus. Vale, & nos Tuo Nomini ſemper addictos, ut ſoles, ama.*



# NOI RIFORMATORI
## DELLO STUDIO DI PADOVA.

CONCEDEMO Licenza a Lorenzo Bottari, Stampator di Cologna, poter ristampare il Libro intitolato: *Statuta Communitatis Coloniæ correcta, & postea confirmata a Serenissimo Dominio ec.* osservando gli ordini soliti in materia di Stampe, e presentando le copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 17. Febbrajo 1758. M. V.

( Giovanni Emo Proc. Rif.
( Gio. Alvise Mocenigo II. Rif.
(

Registrato in Libro a Carte 61. al Num. 484.

*Gio. Girolamo Zuccato Segr.*

IN-



# INCIPIUNT STATUTA COMMUNITATIS COLONIÆ.

## LIBER PRIMUS.

*TRINITAS ADSIT.*

*De introitu Poteſtatis.*

## CAPUT PRIMUM.



NSIGNIA Prætorum tanto honorabilia eſſe debent, quantum & mittentis Principis imperium, ac celſitudo, & ſuſcipientis populi ſtatus requirit. ideo inter hæc ſplendorem inchoandæ Præturæ præcipue comprehendentes, primo ſtatuimus, & ordinamus, quod Poteſtas Coloniæ, qui in futurum eligetur, & mittetur a Dominio noſtro Venetiarum, regimen ſuum intrare debeat ad ſonitum campanæ majoris Communis, conſuetis inſignibus dignitatis ſuæ. Et primo viſitare cathedralem Eccleſiam Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ubi condigna Oratione habita, ſceptrum Poteſtariæ Coloniæ, & diſtrictus recipiat, juxta veterem conſuetudinem. Et deinde, ſicut ipſe a prælibato Sereniſſimo Dominio venit juratus ſuper ſua Commiſſione ſervanda, quæ etiam Statutorum noſtrorum continet obſervantiam, ita ipſe ſtatim, conſignato ſibi ſceptro Poteſtariæ coram populo, juret omnia Statuta, ordinamenta, proviſiones, ordines, & conſuetudines approbatas Terræ Coloniæ ad laudem Omnipotentis Dei, & honorem hujus ampliſſimi Status Veneti, ac utilitatem Terræ Coloniæ obſervare.

*De familia Poteſtatis.*

## CAPUT II.

STATUIMUS, & ordinamus, quod Poteſtas Coloniæ, qui modò eligetur, & qui in futurum mittetur per Illuſtriſſimum Dominium noſtrum Venetiarum, in ſuo Regimine conducere, & habere debeat unum Cancellarium, & unum militem, qui & alii de familia Poteſtatis ſint forenſes, ita quod ipſe Poteſtas non debeat conducere, nec habere in familia ſua aliquem, qui ſit quomodocunque civis, habitator, vel diſtriſtualis Coloniæ, nec etiam Veronæ, nec Vicentiæ, aut habeat uxorem de Colonia, Verona, & Vicentia, niſi tamen talis uxorem habens Colonienſem, Veronenſem, & Vicentinam; eſſet civis originarius Venetiarum.

*Quomodo, & quibus diebus debet jus reddi.*

## CAPUT III.

STATUIMUS, & ordinamus, quòd Poteſtas, qui nunc eſt, vel pro tempore fuerit, teneatur & debeat reddere jus, primo ſecundum Statuta, & ordines Communis Coloniæ; & eis deficientibus, ſecundum bonas conſuetudines in Terra Coloniæ approbatas; & eis deficientibus, ſecundum Statuta Civitatis Venetiarum, vel ſecundum conſuetudinem in dicta Civitate approbatam, præterquam in venditionibus poſſeſſionum, & domorum, quæ venduntur in tota Poteſtaria Coloniæ, quæ fieri debeant ſecundum ordinem, & conſuetudinem Coloniæ ſervatam; quia volumus, quod omnes ſint in libertate acquirendi, abſque contradictione alicujus tam attinentis, quam cohærentis, non obſtante aliqua præſentatione pretij, vel alio actu, quo renunciatum fuiſſet præſenti clauſulæ: in hoc enim non intendimus adhærere Statutis, & conſuetudinibus Venetiarum. & debeat jus reddere omnibus diebus, exceptis diebus feſtivis, introductis in honorem Dei, infraſcriptis, quibus etiam de partium voluntate renunciari non poſſit: & exceptis feriis meſſium, videlicet incipiendo die decima menſis Iunii, uſque in diem ſecundum Auguſti incluſive: & vindemiarum, incipiendo in vigilia S. Mariæ menſis Septembris, uſque ad feſtum Sancti Lucæ menſis Octobris, & etiam aliis temporibus, quibus videretur Poteſtati ceſſandum eſſe a jure.

Dies autem Feſtivitatum ſolemnium ſunt hi, videlicet.

## DE MENSE JANUARII.

* Circumcisio Domini nostri Jesu Christi. 1.
Sanctissimus Dies Domini per totum annum.
Dies Epiphaniæ. 6.
Sanctus Antonius de Vienna. 17.
Sanctus Sebastianus. 20.
* Sancta Agnes. 21.
Sanctus Vincentius. 22.
Conversio Sancti Paulli. 25.

## DE MENSE FEBRUARII.

Sancti Birgitta, & Silverius. 1.
Purificatio Sanctæ Mariæ Virginis. 2.
Sanctus Blasius. 3.
Sancta Agatha. 5.
Reconciliatio Ecclesiæ Parochialis Coloniæ. 8.
* Sancta Apollonia. 9.
Sanctus Mathias Apostolus. 24.
* Sancta Constantia. 25.

## DE MENSE MARTII.

Sanctus Gregorius Papa. 12.
Sanctus Joseph Confessor. 19.
Annunciatio Beatæ Mariæ Virginis. 25.
Sancti Dies Paschæ Resurrectionis Domini cum septem diebus ante, & septem post.

## DE MENSE APRILIS.

Sanctus Georgius. 24.
Sanctus Marcus Evangelista. 25.
Sanctus Petrus Martir Veronen. 29.

## DE MENSE MAII.

Festivitas Apostolorum Philippi, & Jacobi. 1.
Inventio Sanctæ Crucis. 3.
* Apparitio Sancti Michaelis. 8.
Singulis diebus Litaniarum.

Sanctus Bernardinus. 20.
* Sanctus Urbanus. 25.
Vigilia, & dies Ascensionis Domini nostri Jesu Christi.
Penthecostes cum duobus diebus sequentibus.

DE MENSE JUNII.

* Apparitio Beatæ Mariæ Virginis a Spasmo Colon. 9.
Sanctus Barnabas Apostolus. 11.
Festum Sacratissimi Corporis Domini.
Sanctus Antonius de Padua. 13.
* Sancti Vitus, & Modestus. 15.
Nativitas Sancti Joannis Baptistæ. 24.
Sancti Petrus, & Paullus. 29.

DE MENSE JULII.

Visitatio Mariæ ad Helisabeth. 2.
Sancta Margarita. 20.
Sancta Maria Magdalena. 22.
Sancti Jacobus, & Christophorus. 25.
Sancta Anna, Mater Mariæ Virginis. 26.

DE MENSE AUGUSTI.

Vincula Sancti Petri. 1.
* Dedicatio Basilicæ Sanctæ Mariæ Angelorum Assis. 2.
Sancta Maria ad Nives. 5.
Transfiguratio Domini. 6.
Sanctus Laurentius Martir. 10.
Sancti Felix, & Fortunatus, Protectores Coloniæ. 14.
Assumptio Sanctæ Mariæ. 15.
Sanctus Roccus Confessor. 16.
Sanctus Bartholomæus Apostolus. 24.
Sanctus Augustinus Episcopus. 28.
Decollatio Sancti Joannis Baptistæ. 29.

DE MENSE SEPTEMBRIS.

Nativitas Beatissimæ Virginis Mariæ. 8.
Exaltatio Sanctæ Crucis. 14.
Sanctus Matthæus Apostolus. 21.

San-

Sanctus Michael Archangelus. 29.
Sanctus Hieronymus Doctor. 30.

*DE MENSE OCTOBRIS.*

Sanctus Franciscus. 4.
Sancta Justina. 7.
Sanctus Lucas Evangelista. 18.
Sancta Ursula cum undecim millibus Virginum. 21.
Sancti Simon, & Juda. 28.

*DE MENSE NOVEMBRIS.*

Omnium Sanctorum, & sequens dies Mortuorum ante Tertiam. 1.
* Sanctus Carolus. 4.
Sanctus Theodorus. 9.
Sanctus Martinus Episcopus. 11.
Præsentatio Beatæ Mariæ Virginis. 21.
Sanctus Clemens Papa. 23.
Sancta Catharina Virgo. 25.
Sanctus Andreas Apostolus. 30.

*DE MENSE DECEMBRIS.*

Sancta Barbara. 4.
Sanctus Nicolaus. 6.
Sanctus Ambrosius Episcopus, & Confessor. 7.
Conceptio Beatæ Mariæ Virginis. 8.
Sancta Lucia Virgo, & Martir. 13.
Sanctus Thomas Apostolus, & deinde usque per totum mensem propter Sacratissimum Festum Nativitatis Domini nostri Jesu Christi.

Et ne differatur latronum, seu furum, & aliarum sceleratarum personarum punitio, volumus, quod etiam diebus solemnibus suprascriptis possit contra latrones & fures, aliasque sceleratas personas procedi, & sententias fieri, cum pro hoc Summi Numinis speretur venia, & pro exemplo malorum salus & incolumitas personarum procuretur.

*In quibus casibus possit jus reddi messium tempore, & vindemiarum.*

## CAPUT IV.

ITEM statuimus, quod suprascriptis, & quibuscunque feriis messium & vindemiarum, possit reddi jus per Potestatem de omnibus litibus, & quæstionibus, fictis, & livellis, decimis, & alimentis, oneribus, & factionibus cujuscunque quantitatis, & in omnibus causis, in quibus actio esset tempore peritura infra tempus dictarum feriarum. & prædicto tempore possint etiam fieri interdicta, & sequestrationes in casibus concessis a jure, & statutis Communis Coloniæ. tutores & curatores dari possint, & removeri tempore prædicto.

Item reddatur jus dicto tempore per Potestatem de mercede de quacunque quantitate.

Item reddatur jus forensibus de omni summa de quacunque ratione, tam pro, quam contra.

Item reddatur jus dicto tempore, quando aliquis allegaretur suspectus & fugitivus, & juraretur, dummodo fides de debito aliqua fiat.

Item pro dotibus de quacunque summa tam petendis, quam restituendis, quæ tamen actio competat tantummodo tempore prædicto marito, uxori, & filiis, parentibus & fratribus uxoris.

*Quod placita euntis in servitium Communis locentur.*

## CAPUT V.

ITEM ordinamus, quod placita cujuslibet singularis personæ euntis, seu stantis in servitio Communis Coloniæ, jussu & mandato dicti Cummunis, possint locari, seu suspendi per Potestatem: & etiam placita illarum personarum, quarum ipse fuerit procurator, sindicus, curator, tutor, seu actor, qui iverit, seu steterit in servitio Communis Coloniæ, ut supra, ad requisitionem illarum personarum, quarum fuerit procurator, sindicus, tutor, curator, seu actor a die recessus sui usque ad ejus reditum. Non possint tamen prædicti ad servitium Communis destinati agere, neque defendere aliquam causam tam propriam, quam alterius cujuslibet personæ, sub pœna privationis Consilii per annum, & amittendi salarium sibi constitutum.

*Non subjecti jurisdictioni Coloniæ fidejubeant de expensis, antequam audiantur in Judicio.*

## CAPUT VI.

ITEM ordinamus, quod quilibet sindicus, procurator, & quælibet alia persona, volens agere, accusare, vel defendere in aliqua causa, seu lite civili, vel criminali pro aliqua persona, communi, collegio, vel universitate, quæ non sit de jurisdictione Communis Coloniæ, antequam audientia ei præbeatur, debeat facere bonam & idoneam securitatem per personas subjectas Communitati Coloniæ, de solvendo expensas adversæ parti, si succubuerit in lite, nec audiatur præstando juratoriam cautionem. Idem intelligatur de quibuscunque non subjectis Potestariæ Coloniæ, volentibus agere, accusare, seu defendere suo proprio nomine: & quod ex stipulatione Domini Potestatis, sive notarii sui in Judicio acquiratur parti jus perinde, ac si principalis persona fuerit stipulata; & quod si in actis notarii reperiatur aliqua fidejussio, vel securitas de prædictis scripta, omnia intelligantur solemniter acta perinde, ac si principales & fidejussores solemniter se obligassent. Non teneantur tamen cives, & habitantes in Civitate Venetiarum litigantes præstare fidejussionem.

*Quis sit legitimus Procurator ad lites.*

## CAPUT VII.

STATUIMUS, quod si aliqua persona procuratorem constituerit ad agendum, & defendendum, de quo constituto constet publicum instrumentum, quod talis procurator legitime constitutus esse intelligatur, & acta per eum in juditio facta valeant, & teneant. & quilibet, qui se procuratorem dixerit alicujus coram Potestate, & non ostenderit infra terminum sibi assignatum, se legitimum procuratorem fore, condemnetur communi in tribus libris denariorum, & in restitutione omnium expensarum litis, & damnorum, & interesse, quæ propter id pars adversa sustinuerit. idem intelligatur, si quis in aliqua causa, tanquam sindicus, tutor, curator, aut actor alicujus comparuerit.

*De forma constituendi Sindicos. Communitatum.*

## CAPUT VIII.

ITEM statuimus, quod si aliqua universitas alicuius villæ, burgi, seu contractæ, sive aliqua Communitas Terræ, & districtus Coloniæ fecerit aliquem Sindicum de sua universitate, vel aliunde cum publica vicinia, per vocem viatoris, vel alio solito modo coadunata in præsentia massarii, castaldionis, vel alterius, qui præesset dictæ universitati, constitutio valeat, & teneat, licet ibi sint duæ partes hominum illius loci, vel amplior numerus non fuerit, dummodo de sindicatu appareat publicum instrumentum, & dummodo fuerit dimidia illius universitatis, & singulorum nomina in instrumento sindicatus descripta fuerint.

*Qui possint pro aliis in judicio sine mandato comparere.*

## CAPUT IX.

PLERUMQUE contingit, quod alius pro alio in judicio compareat. ideo decernimus, quod pater tanquam legitimus administrator filii, & maritus tanquam conjuncta persona uxoris suæ, pro filio pater, & pro uxore maritus in judicio tam ad agendum, quam ad defendendum comparere possint, & judicium in persona eorum factum perinde valeat, ac si principales personæ in eo semper fuerint, & sententiæ in eorum personas proferri possint. Filii autem si excesserint vigesimum annum, pro patribus suis comparere possent in judicio, etiam sine eorum patrum mandato, dummodo satisdent idonee patres rem ratam habituros. possint tamen filii familias majores viginti annis esse procuratores, sindici, actores, ac negociorum gestores, seu factores cujuslibet personæ tam ecclesiasticæ, quam secularis, & cujuslibet universitatis, & loci tam ad lites, quam ad negotia, non obstante vigintiquinq; annis ætate minori. fœminæ autem pro aliis personis, nisi uxor pro marito absente, & mater pro filiis pupillis in judicio esse non possint.

*De tutoribus dandis Pupillis.*

## CAPUT X.

CUM ſimus omnium pupillorum juſtitiæ debitores, volentes indemnitatibus eorum providere, ſancimus, quod maſculis minoribus ſexdecim annis, & fœminis minoribus quatuordecim, relictis poſt obitum patris, tutor taliter creari debeat, ut mater vel avia, ſi voluerint, omnibus propinquis præferantur in tutela, ita tamen ut mater volens aviæ etiam volenti præferatur. ſi tamen ipſa mater, vel avia noluerint eſſe tutrices, quod ipſa de tutore dando filio vel filiis ſuis procuret. & ſi propinqui aliqui ſint tam ex parte patris, quam ex matris parte, proximior in gradu pupillo tutor decernatur, qui tutor ſit major vigintiquinque annis, & bonæ idoneitatis, diſcretionis, & famæ. ſi vero talis proximior non ſit idoneus, deveniatur ad alium in gradu proximiorem, & ſic ſucceſſive, donec perſona ſufficiens reperiatur ex ipſis propinquis idonea. ſi vero nullus propinquus eſſet, vel ſi eſſent propinqui, & non eſſent ſufficientes ad tutelam, tunc ad dativum procedatur, ideſt quod Poteſtas ex officio ſuo eligat unum bonum, ſufficientem, & idoneum tutorem, prout ſibi melius videbitur. & in omni caſu hujuſmodi tutores, & tutrices idonee fidejubeant res pupillorum ſalvas fore, & ipſos indefenſos non relinquere, & inventarium facere, & reliqua a jure introducta in favorem pupillorum.

*Quod Poteſtas auctoritatem interponat in tutelis & curis.*

## CAPUT XI.

ITEM quod Poteſtas in quacunque tutela, & curaria debeat interponere auctoritatem ſuam, pariter & decretum, & aliter tutela vel curaria non valeant ipſo jure.

*Qui possint esse tutores, & de fidejussione eorum.*

## CAPUT XII.

ITEM quod fœminæ, nisi mater & avia, non possint esse tutrices alicujus pupilli. similiter nec aliqua persona, quæ sit debitrix, vel creditrix a vigintiquinque libris supra ejus pupilli, de cujus tutela tractatur.

Item nec surdus, mutus, servus, minor vigintiquinque annis, nec etiam aliquis qui non possit satisdare, & non satisdet de ratione tutelæ administrandæ reddenda. satisdabunt enim tutores, nec aliter administrare poterint bona pupilli, nisi dati fuerint per inquisitionem a Potestate, & sibi videbitur aliquem per inquisitionem admittendum esse, & idoneum fore etiam sine satisdatione. Testamentarii autem tutores possint administrare etiam sine satisdatione, si sibi remissa fuerit per testatorem, aliter non, nec antequam sibi sit decreta administratio per Potestatem, de quo appareat scriptura publica, nec antequam rerum pupillarium solemne confecerint inventarium, sive fuerit hæreditarium, sive tutelare, nisi per testatorem sibi foret in testamento remissa necessitas fidejubendi, & inventarii tutelaris conficiendi.

*De inventario fiendo per tutores, & curatores.*

## CAPUT XIII.

NULLUS tutor, nullusque curator administrare possit bona pupilli, aut adulti, nisi prius fecerit inventarium, in quo describantur omnia bona mobilia, & immobilia, ac se moventia, instrumenta, nomina debitorum ac creditorum, & omnes res universaliter, quæ reperiantur esse in bonis pupilli, sive adulti, de quo inventario fiat instrumentum publicum coram Potestate, salvis expressis in proximo præcedenti statuto.

*De excusationibus tutorum.*

## CAPUT XIV.

EXCUSARE se possit quilibet sexaginta annorum, & ultra. item quicunque quatuor filios habuerit in domo ejus stantes, & minores vigintiquinque annis. item quicunque paupertate gravetur. item alii ex aliis justis causis, quæ examinandæ diligenter sint per Potestatem.

*De matre tutrice, secunda vice nubente.*

## CAPUT XV.

MATER tutrix, aut avia transiens ad secunda vota, ipso jure tutela privata sit. & si tutorem dari filio, vel filiis non petierit, hæreditate ipsorum privata sit. Maritus vero secundus, tutor, & curator esse non possit.

*Quando tutela finiatur.*

## CAPUT XVI.

FINIATUR tutela postquam pupillus pervenerit ad ætatem, scilicet masculus ad sexdecim annos, & fœmina ad quatuordecim; vel si pupillus moriatur ante, vel tutor. Similiter sancimus & in quolibet curatore. qua tutela, sive curaria finita, tutor, & curator, aut hæredes eorum rationem administrationis reddere teneantur, elapso medio anno, vel ante, si fieri poterit, a die finitæ administrationis suæ tutelæ, aut curariæ, integraliter, & bona fide coram Potestate, aut coram duobus amicis communibus. & si quis debitor pupilli solverit tutori, sit securus, dummodo doceat de ipsa solutione vel per instrumenta, vel per testes, vel per bullettam ipsius tutoris, seu curatoris, si fuerit talis persona, quæ curatorem habuerit. Factis autem & solidatis rationibus tutoris, seu curatoris, ipse curator, seu tutor absolvi possit per pupillum, seu adultum, dummodo absolutio fuerit facta coram Potestate, & ipsius auctoritate interveniente, & in præsentia trium agnatorum, vel cognatorum talis adulti.

*Quod pupillus non possit esse in judicio sine tutore; & de juramento apponendo in tutelis & curis.*

## CAPUT XVII.

MINOR vigintiquinque annis sine auctoritate tutoris, si fuerit pupillus, aut curatoris, si fuerit adultus, in judicio esse non possit in agendo, atque in defendendo, nisi fuerit adeo pauper, quod tutore, aut curatore non egeat, & nisi in causa seu lite decem librarum, & ab inde infra. & ad hoc ut comparere possint in judicio, sufficiat, quod eis detur curator ad lites tantum, qui inventarium facere non teneatur, sed tamen satisdet, ac juret utilia facere,

& inutilia prætermittere, ac ipſum minorem indefenſum non relinquere, dum tamen ſemper uti valeat veritate, etiam ſi contra minorem foret. quod juramentum in omnibus tutelis & curis præſtari, atq; poni debeat.

*Pupilli, & orfani non poſſint alienare bona ſine auctoritate tutoris; adulti autem ſi juraverint, poſſint.*

## CAPUT XVIII.

PUPILLI, ſeu orfani, videlicet maſculi minores ſexdecim annis, & fœminę minores quatuordecim, non vendere, non permutare, non donare, nec ad livellum dare, nec alio quovis modo alienare bona ſua poſſint, niſi ex cauſa neceſſaria, de qua cognoſcere debeat Poteſtas Coloniæ, & interponere auctoritatem ſuam, in præſentia proximiorum agnatorum, vel cognatorum. Alios autem contractus facere poſſint cum auctoritate ſolius tutoris, ſi tutorem habuerint, & ſi non habuerint, cum licentia & auctoritate Poteſtatis jam dicti, & aliter non. Adulti autem, ideſt maſculi majores ſexdecim annis, & fœminæ majores quatuordecim annis non nuptæ, vendere, donare, ad livellum dare, permutare, quamlibet alienationem, & quemlibet alium contractum facere non poſſint, nec valeant, niſi juraverint corporaliter ad Sancta Dei Evangelia non contravenire illi contractui, quem fecerint ratione minoris ætatis, nec aliqua alia ratione vel cauſa. quo juramento facto, & in charta, ſeu inſtrumento ſcripto, contravenire nullo modo poſſint, dummodo nulla fraus, nulla vis, nullusque metus in eo contractu intervenerint, quo probato, contractus, nec juramentum valeat.

*De curatoribus dandis puberibus, mentecaptis, & aliis.*

## CAPUT XIX.

CURATOR maſculis majoribus ſexdecim annis, fœminis majoribus quatuordecim, & minoribus vigintiquinq; per Poteſtatem decerni debeat eo modo, quo tutor, & iiſdem ſolemnitatibus.

Item & mentecaptis, furioſis, aut ſtultis, ætatis cujuſcunque, ſi filios non habuerint, aut habuerint minores viginti annis.

Sen-

*Sententia lata contra minorem indefenſum non valeat.*

## CAPUT XX.

SI pupillus citetur ad judicium, reſpondere debeat ejus tutor, ſi tutorem habuerit, & ſi non habuerit, decernatur unus per Poteſtatem; aliter autem judicium factum contra ipſum pupillum indefenſum, & ſententia contra pupillum lata ipſo jure non valeat. ſi tamen pro ipſo pupillo lata fuiſſet, valeat & teneat, ac ſi legitime defenſus eſſet; poſſit tamen ab ea appellari.

Idem etiam obſervetur in adulto minore vigintiquinque annis, & per hoc ſtatutum non tollatur aliud ſtatutum ſuprapoſitum ſub Rubrica, *Quod pupillus non poſſit eſſe in judicio ſine tutore*.

*De curatore dando mentecapto, & fatuo.*

## CAPUT XXI.

QUONIAM mentecapti diſcreta deſtituuntur providentia, & ſua nequeunt negotia adminiſtrare, ſtatuimus, ut curator cuicunque mentecapto, ſive fatuo detur per Poteſtatem, qui curator omni anno dabit ipſi mentecapto ex iis, quæ de ſuo receperit tantum, unde uxor & filii, ſi habuerit, & tota ſua familia in victu, & veſtitu valeat commode ſuſtentari.

*De filiis mentecapti, ſive ſtulti.*

## CAPUT XXII.

SED quoniam plerumque accidit, quod mentecaptus filios habet, tunc ſi omnes majores vigeſimo anno ſunt, omnes habeant æqualem adminiſtrationem in bonis paternis, talem qualem pater, ſi ſanus eſſet, haberet. ſed ſi quidam ex his filiis minores eſſent, ille, vel illi, qui ſunt majores, adminiſtrent bona patris fatui, ut dictum eſt; ita tamen, quod poſtquam unus, vel plures de fratribus ad ætatem venerint majorem viginti annis, iſti qui adminiſtraverint, reddant rationem adminiſtrationis illi, vel illis, qui minores fuerint. & quod diximus in fratribus, idem per omnia obſervetur in nepotibus, & omnibus maſculis deſcendentibus a filio, vel ab aliis deſcendentibus per maſculos. ſed ſi omnes filii, vel deſcendentes maſculi ſint minores vigintiquinque annis, tunc detur curator mentecapto, ut ſupra dictum eſt, & duret curator quandiu aliquis filiorum, vel deſcen-

descendentium masculorum fatui veniat ad ætatem viginti annorum, & tunc curator ipse eidem filio majori rationem reddat administrationis, & omnia facere possit talis filius, quæ pater ejus, si sanus esset, facere posset; & similiter etiam curator datus eidem.

Si autem, qui mente alienatus fuerat, ad mentis compositionem revertatur, & curator ipse nondum ipsam factam ratioñe habuerit, ipsi rationem plenam reddat ad plenum de iis, quæ de suo habuerit, & ad manus ejus pervenerint quomodocunque. Et ideo voluimus, quod de universis bonis mentecapti charta inventarii fieri debeat, ut dictum est in minoribus. & quod de masculis fatuis supra dictum est, etiam de fœminis per omnia dictum fore intelligamus.

*Aliquem esse filium alicujus, non sit necessaria probatio.*

## CAPUT XXIII.

SI publica fama fuerit, quod aliquis fuerit filius, vel filia, non sit necesse, quod super hoc aliqua probatio exigatur coram Potestate. Idem dicimus de consanguineis nepotibus, & propinquis. & intelligatur fama esse, si ita communiter reputatur in loco, ubi talis oriundus est, vel ubi familiariter habitat, vel inter ejus convicíniam, vel cognoscentibus eum.

*De alimentis dandis parentibus a filiis, vel e contra.*

## CAPUT XXIV.

AEQUITATI naturaliter adhærentes, sancimus, quod Potestas Coloniæ, sine aliqua scriptura porrigenda, summarie, de plano, & sine figura judicii ipso facto, & quolibet die feriato, & in honorem Dei compellat, atque cogat quamlibet personam habentem patrem, vel matrem, vel alios ascendentes pauperes ad præstandum & faciendum alimenta suo patri, vel matri, vel aliis ascendentibus competenter, secundum suam facultatem, & possibilitatem, nisi pater vel mater, vel alius ascendens haberet tantum de suo, vel talem artem, vel misterium, unde se alere possent. eodem modo pater, mater, avus, avia, & alii ascendentes compellantur & astringantur filios, & alios descendentes alere, nisi & ipsi haberent tantam facultatem, vel artem, seu misterium, unde se alere possent, dummodo infirmitate tali non detineantur, qua non possint laborare.

Quis

*Quis ſit liber.*

## CAPUT XXV.

ITEM ſtatuimus, quod quilibet homo, & quælibet fœmina, natus, vel nata ex libero corpore, ſit liber, vel libera, ſive natus, vel nata fuerit ex libero matrimonio, vel alio quocunque modo.

*Si citatus bis comparuerit, & actor bis non comparuerit, amplius non poſſit citari uſque ad menſem.*

## CAPUT XXVI.

CUM aliquis vult vocare aliquem ad judicium, viatorem, qui præcipiat ei, qui ad judicium vocatur, ut certa die veniat, mittere debet. & ſi ille qui vocatus fuerit ſtatuta die venerit, & petitor non venerit, licentietur ipſe ſine aliqua expenſa, & de novo citari debeat. & ſi bis comparuerit, & licentiatus fuerit bis, non comparente petitore, amplius ad petitionem ejuſdem citari non poſſit uſque ad unum menſem, & nullas ſolvat expenſas, & citans non comparens teneatur citato comparenti intereſſe reficere arbitrio Poteſtatis, qui tamen non poſſit ultra arbitrari, quam in viginti ſolidis pro qualibet comparitione, minus autem ſic.

*Contumax ponatur in ſententia.*

## CAPUT XXVII.

CUM contra contumaces omnia jura clament, ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi quis citatus fuerit perſonaliter ſemel, vel ad domum ejus habitationis bis diverſis diebus per viatorem Communis Coloniæ coram Poteſtate, ad petitionem alicujus perſonæ, volentis petere aliquod debitum ex quacunque cauſa ab eo, & non comparuerit in termino per ſe, vel ejus legitimum nuncium, debeat haberi pro contumace, & tunc pignoretur ex contumacia prædicta, deinde per vim, ut in dies fuerit expediens, & hæc acta ſcribantur per Notarios in libris officii Cancellariæ Civilis.

De

*De contumaciis revocandis.*

## CAPUT XXVIII.

QUONIAM citati ad judicium plerumque diversis causis impediuntur ad judicium venire, quo evenit, ut contumaces appareant, & sententiantur, cum tamen aliquando indebite ponuntur in sententia; ideo statuendo declaramus, & determinamus, quod de cætero hujusmodi absentes contumaces in termino dierum decē a die notitiæ, sibi datæ de tali contumacia exclusive, vel a die primi actus, & executionis, contra eos factæ in executione dictæ contumaciæ exclusive, possint coram Potestate comparere pro juribus suis utendis & allegandis: solutis tamen prius expensis solius contumaciæ, nisi contra tales contumaces extaret alia præcedens contumacia.

*De debitis ultra quadraginta libras fiat ratio ordinarie, ab inde vero infra fiat jus summarium.*

## CAPUT XXIX.

ITEM si quis citatus, ut supra, comparuerit in termino, tunc Potestas audiat petitorem, & si debitum petitum fuerit quadraginta librarum parvorum, vel ab inde infra, tunc Potestas possit jus reddere partibus summarie, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, nullis juris solemnitatibus observatis, sed prout suæ bonæ conscientiæ, & animæ suæ melius videbitur faciendum esse. Si autem transcenderent summam librarum quadraginta, cujuscunque quantitatis foret, & citatus comparuerit in termino, tunc Potestas audiat petitionem actoris, & eam scribi faciat per unum ex tabellionibus, prout volet actor, & deinde scribi faciat responsionem rei. & si reus confessus fuerit petita simpliciter, eum incontinenti condemnet, quia nullæ sunt partes judicis in confessum, nisi in condemnando, dato sibi termino ad solvendum, prout videbitur Potestati, inspecta qualitate personæ, & quantitate summæ, dummodo non excedat terminum unius mensis. Si vero negaverit petita per actorem, tunc statuatur terminus, vel intelligatur esse statutus octo dierum actori ad probandum de juribus suis, quo termino stante, etiam reus possit exceptiones suas probare. & si eo termino non probaverit actor, vel reus, tunc secunda dilatio octo dierum etiam dari possit, quæ sit communis utrique parti, & ulterius nulla dilatio dari possit nec actori, nec reo, sed immediate transacta secunda dilatione, processus habeatur pro publicato, & sententia feratur, prout probatum fuerit,

&

& hoc nisi testes producerentur de longinquo, extra Potestariam Coloniæ, quo casu dilationes aliæ dari possint, prout Potestati conveniens videbitur.

Possint etiam in omni casu dari dilationes, si de ambarum partium voluntate processerint, & jam datæ similiter prorogari.

*De ordine procedendi in ordinariis.*

## CAPUT XXX.

ITEM statuimus, & ordinamus, quod in debitis a quadraginta libris supra ordinarie procedatur hoc modo; videlicet, Quod actor citato adversario det suam petitionem coram Potestate in scriptis, vel tunc scribi faciat, & quælibet simplex petitio intelligatur esse solemnis, & valida, nec de ineptitudine redargui possit. qua porrecta parti præsenti, vel absenti, vel legitime citatæ, assignetur terminus trium dierum ad accipiendum copiam, & opponendum contra; & si confessus fuerit, Potestas debet mandare sibi, ut infra decem dies solvere debeat; si negaverit, lis statim intelligatur contestata legitime. quibus tribus diebus elapsis, statim statutus esse intelligatur terminus ad probandum decem dierum pro prima dilatione, & aliorum dierum decem pro secunda utrique parti ad probandum. quibus elapsis statim processus publicetur, & publicatus ipso Jure esse intelligatur, & partibus intelligatur esse statutus terminus ad accipiendum copiam dicti processus, & opponendum contra quinque dierum. & si quid proponetur, quod probatione indigeret, tunc ad petitionem partis petentis statuantur alii decem dies ad reprobandum semel tantum dicta testium; quibus elapsis, statim processus publicatus esse intelligatur. qua publicatione facta, ad petitionem alicujus ex partibus, concludatur in causa cum termino dierum quindecim ad allegandum.

Si vero aliquis faciens citari aliquem ad judicium, occasione ut ab eo velit petere aliquas terras, domum, fundum, seu possessionem, possit in primordio judicii ante omnia facere interrogationes reo, an teneat & possideat rem petitam, vel quæ peti intenditur, suo, vel alieno nomine, & cogatur respondere & dicere, an possideat, & pro quo; & si negaverit se possidere, & postea probatum fuerit contrarium, tunc ipse fiat de possessore petitor in odium sui mendacii. & similiter quilibet agens uti hæres, vel conventus ut hæres, teneatur ante omnia respondere, an sit hæres ex testamento, vel ab intestato, an non; & si dixerit, quod sit hæres ex testamento, teneatur testamentum producere ad instantiam petitoris.

*De instrumentis publicis, & scripturis privatis executioni mittendis.*

## CAPUT XXXI.

INSTRUMENTA publica, & scripturæ privatæ trino teste subscriptæ executionem paratam habeant, ac si sententiæ forent. possit tamen reus opponere exceptiones suas, si quas habet, & eas probare infra octo dies juridicos, & ulterius non audiatur, si non probaverit, sed solvere incontinenti compellatur sine alio processu inde faciendo, nisi terminus solvendi in dictis scripturis contineatur, quia ille observari debet.

*Quod nemo possit pignorari, nisi præcedat citatio.*

## CAPUT XXXII.

NEMO possit pignorari a quatuor libris parvorum supra, nisi prius citatus & sententiatus fuerit, exceptis fictibus, factionibus, partibus, seu introitibus, mercedibus pro quacunque summa, decimis, & feudis, & executione sententiarum, ac instrumentorum publicorum, ac scripturarum privatarum, manu trium testium subscriptarum, ut in præcedenti Statuto.

*Detineri personaliter nemo possit.*

## CAPUT XXXIII.

DETINERI personaliter nemo possit, si offerat se idoneum pignus dare velle & cum effectu dederit, vel idoneum fidejussorem dederit pro quantitate debiti sibi petiti; vel si possideat bona immobilia sufficientia pro solutione debiti petiti. & talis fidejussor tunc sit principalis, & insolidum obligatus absque alia renunciatione Jurium, & possit exigi sine alia renunciatione. Et detineri nemo possit primo die Dominico, nec primo die Mercurii cujuslibet mensis.

De

*De sequestris.*

## CAPUT XXXIV.

STATUIMUS, quod ad petitionem alicujus personæ non fiat aliquod sequestrum, seu interdictum de bonis alicujus personæ, huic Jurisdictioni subjectæ, nisi talis persona allegata fuerit suspectam esse, vel fugitivam, aut esset suspecta de dilapidatione, seu consumptione dictorum bonorum. si vero persona, contra quam dictum sequestrum, aut interdictum factum fuerit, compareat in judicio, & satisdet idonee de rebus custodiendis, servandis, & præsentandis ad omne præceptum Potestatis, seu de solvendo debitum in sequestro contentum, tunc tollatur sequestrum, sive interdictum, & eidem debitori sequestrum relaxetur. Teneatur tamen talis persona, ad cujus instantiam factum fuerit sequestrum, sive hæredes ejus procedere contra sequestratarium, vel aliter jus suum in ipso sequestro prosequi infra duos menses continuos a die facti sequestri. quo tempore transacto, nullum jus reddatur de dicto sequestro, nec teneatur amplius sequestratarius, sed sit liberatus ipso Jure ab ipso sequestro, durante tamem jure suo contra principalem debitorem suum pro debito principali.

Si vero compareat aliqua persona dicens, rem sequestratam fore suam, vel se in illa meliora & potiora jura habere, tunc ejus jura audiantur, & res remaneat in sequestro, donec decisum fuerit, quis habeat meliora jura in eo, qui processus duret per duos menses tantum a die facti sequestri, ut supra dictum est, intelligendo semper, quod dominus directi, vel utilis dominii, vel quasi illius fundi, cujus fructi collecti, vel colligendi erunt sequestrati, si comparuerit contradicturus, ut supra, sive etiam ipse fecerit dictos fructus interdici, intelligatur meliora, & potiora jura habere in ipsis fructibus pro suo fictu, & livello ipsius fundi, nec non pro aliis creditis, & subventionibus præstitis colonis, & laboratoribus. Declarantes, quod non possint fieri sequestra de rebus in platea, & in emporium conductis, nec penes massarios Montis, & Camera pignorum, nec de bladis penes molendinarios.

*Qui possint esse testes*

## CAPUT XXXV.

TESTIFICARI non possit socius ejusdem rei pro eo socio, si super ea re, sive mercantia fuerit lis, de qua societas sit. item nec infamis. item nec pater pro filio, nec econtra; nec frater pro fratre. item nec uxor pro marito, nec econtra.

Item nec avus pro nepote, nec econtra; nec mater pro filio, nec econtra. de aliis autem agnatis, cognatis, & affinibus relinquatur conscientia, & arbitrio Potestatis.

Item nec procurator pro clientulo suo in causa, in qua fuerit procurator, sit idoneus testis; nec monachus pro monasterio suo; nec de uno communi pro communi suo testis admittatur, si ad commodum particulare testis examinandi causa reduci possit. si autem dictæ personæ adducerentur contra illos, de quibus dictum est, tunc tales testes possint testificari, si voluerint, cogi autem non possint. item masculus minor sexdecim annis, & fœmina minor quatuordecim non possint esse testes, sed dicta eorum omnino non repellantur, si excesserint decem annos, & fuerint dictis aliorum testium adiuvati, in his tantum, quæ in dicto decimo anno viderunt, vel nono, non antea.

*Quot testes requirantur ad probandum.*

## CAPUT XXXVI.

SECUNDUM legem Evangelicam, In ore duorum vel trium stat omne verbum. ideo statuimus, ut si per duos testes fide dignos aliquid probatum fuerit in judicio, talis probatio sit sufficiens ad ferendum sententiam pro eo, pro quo ipsi duo testes fide digni deposuerunt, præterquam in testamento & codicillis, in quibus servetur, quod statutum est in Rubrica, *De testamentis.*

*De numero testium producendorum in judicio.*

## CAPUT XXXVII.

AD refrenandam testium multitudinem, decernimus, quod in qualibet causa civili quælibet pars, tam actor, quam reus possit producere usque ad decem testes, & non ultra, nisi fuerint diversa capitula, diversas terras, & possessiones, seu res continentia,

quo

quo casu super quolibet capitulo possint produci per quamlibet partem usque ad sex testes, & non ultra. & quotiescunq; diversa sint capitula, seu diversæ sint res, aut negocia, super quibus examinari debent, tunc producens eos, declarare debeat super quo capitulo, negotio, vel re velit, quod testes examinentur, & super illis declaratis testes recipiantur, & non super aliis, jurareq; debeant testes veritatem dicturos, præsente, aut saltem citata parte. danda est etiam in ordinariis causis copia testium, scripturarum, & dictorum eorundem parti adversæ, si eam petierit ante latam sententiam, sed publicato processu, & aperto, & non ante.

*De testibus examinandis, & interrogationibus faciendis.*

## CAPUT XXXVIII.

CENCEMUS quoque, cum aliqui coram Potestate testes ad aliquod probandum producti fuerint, debeant diligenter a Potestate examinari, an verum dicant, vel non. & si viderit Potestas aliquem variare, vel sibi contradicere, eum non examinet; & examinabit testes super causa tota, etiam sine capitulis porrigendis, & faciat interrogationes illas, quas sibi videbitur faciendas esse ad eruendam veritatem, & etiam alias, quas pars adversa sibi daret, dum tamen semper fiant quatuor interrogationes; videlicet, quomodo scit testis ea, quæ dixerit, & in quo loco, & tempore; item quibus præsentibus fuerint ea, de quibus testificatus erit testis, & dictum cujuslibet testis scribatur ordinate per Notarium.

*De testibus condemnandis, si non vadunt ad testificandum in termino.*

## CAPUT XXXIX.

QUONIAM dignitati Justitiæ plurimum derogari videtur, si propter defectum testium jus depereat alicujus, cum ei, quod suum est, minime tribuatur; ideo sancimus, quando quæstio inter aliquos agitatur, quod Potestas Coloniæ possit, & debeat ad partis instantiam testes vocare, ut coram eo veniant, ut testimonium dicant. & si quidem testes non venerint ad terminum eis a Potestate præfixum, Potestas condemnabit eos in tribus libris Communi Coloniæ, & in quocunque termino testes venire contempserint, Potestas dictam pœnam reiterabit, & quamlibet condemnationem scribi faciet. & hoc faciet Potestas, nisi ei probatum fuerit, quod justis occasionibus venire

nire non possunt. hæc tamen volumus observari, si illi, qui petunt testes introduci, sine fraude hoc petant. sed si in fraude hæc petant, tunc primo accipiat Potestas ab eis sacramentum, quod testes sine fraude introducere petunt, & quod credunt illos scire veritatem de eo, quod credunt, vel intendunt probari in causa. & quando Potestas vocat testes ad testimonium faciendum, imponat eis terminum, secundum quod ipsi Potestati pro utilitate ipsius causæ videbitur expedire.

*Qui testes sint præferendi, quando ab utraque parte producuntur.*

## CAPUT XL.

CUM contingat tam actorem, quam reum testes habere pro intentione sua, tunc inspiciatur, qui sint digniores, & secundum dicta illorum judicetur. si vero pares sunt & numero, & dignitate, tunc absolvatur reus, qui totidem, & ejusdem dignitatis & bonitatis habet testes, quot habet & actor, quia favorabiliores sunt rei, quam actores. si plures habuerit una pars, quam alia, & discretiores, tunc judicabitur secundum illos, qui plures sint numero, præterquam in causa dotis, vel alia causa pia, in qua, cæteris paribus, testes in favorem dotis, vel causæ piæ deponentes præferantur.

*De sacramentis dandis in judiciis.*

## CAPUT XLI.

QUONIAM de probationibus, quæ per testes, & instrumenta fiunt, superius diximus, nunc de probationibus, quæ per juramentum fiunt in Judicio, videamus. Statuimus itaque, quod quælibet persona, quæ probare jus suum non poterit per instrumentum, aut testes, aut alias scripturas legitimas, possit probare jus suum per sacramentum partis adversæ; videlicet, stando sacramento partis adversæ, & petendo, ut per Potestatem deferatur adversario suo juramentum de veritate dicenda; & si adversarius jurabit, stabitur dicto suo; si vero jurare noluerit, tunc dabitur sacramentum ei parti, quæ obtulit se velle stare juramento adversarii sui; & prout ipse jurabit, judicabitur. nam quisque debet jurare, cum sibi defertur juramentum, vel id deferre ei, qui sibi dare volebat juramentum. sin autem ille, cui refertur, nollet jurare, tunc sententia contra ipsum deferatur, sive fuerit actor, sive reus, nisi de facto alieno juramentum deferatur, aut juraret se non recordari, quibus casibus quis jurare non teneatur.

De

*De ſemiplenis probationibus, & præſumptionibus, & juramentis in defectum probationis.*

## CAPUT XLII.

QUIA per teſtes omnia in lucem produci nequeunt, ideo ſtatuimus, & ordinamus, quod ſemiplenæ probationes cum juramento in defectum probationis, vel cum aliis præſumptionibus conjunctim, vel diviſim ſufficiant, prout de Jure communi ſancitum eſt, & maxime, quia de his plene & clare ſtatui non poteſt.

*Victus victori in expenſis condemnetur.*

## CAPUT XLIII.

VICTUM victori in expenſis condemnandum eſſe decernimus, niſi ex juſta cauſa litigaverit, cujus cognitio conſcientiæ Poteſtatis relinquatur, tam in ſententia definitiva, quam interlocutoria. ſi tamen condemnatio expenſarum omiſſa fuerit, abſolutio facta intelligatur, quæ expenſæ taxentur per Poteſtatem, ſive per illum, quem partes concorditer elegerint; & finita inſtantia litis ante ſententiam latam, actor teneatur ſolvere expenſas reo legitime factas; & ille, qui petit expenſas, teneatur illas ſuo ſacramento declarare, primo tamen facta taxatione. quibus taxatis, & per ſacramentum declaratis, compellatur præciſe is, contra quem taxatæ fuerint, ad eas ſolvendum, videlicet pignoribus captis, & perſona detenta, ſi pignora non darentur, & quibuſcunque Juris remediis, nulla exceptione obſtante; & prædicta mandentur executioni omni tempore, feriato, & non feriato, dummodo non introducto in honorem Dei, abſque ulla Juris ſolemnitate. Copiæ autem, ſive exempla ſcripturarum, & inſtrumentorum, ſive chartarum productarum in Judicio dentur parti petenti ſuis expenſis, præter copias, ſive exempla inſtrumentorum procurationum, & libellorum, ſeu petitionum, quæ debeant dari expenſis producentis.

*Quod Poteſtas non poſſit ſententiam revocare, ſed errorem evidentem bene poſſit emendare.*

## CAPUT XLIV.

ITEM, quod poſtquam Poteſtas ſuam protulerit ſententiam, eam nullo modo revocare poſſit, nec debeat; & ſi revocaret, talis revocatio non teneat, & nulla ſit ipſo Jure, & ipſo facto. corrigere tamen poſſit errorem evidentem, ſi quis eſſet in ſententia factus, citatis legitime iis, quorum intereſſet, & cauſa cognita, dummodo faciat hoc infra decem dies, ſive ad petitionem partis, ſive ex ejus officio.

*De appellationibus.*

## CAPUT XLV.

APPELLANDI uſus, quam frequens ſit, quamque neceſſarius, nemo eſt qui ignoret; quippe cum per appellationem nequitia, & ignorantia judicantium corrigatur. eapropter ſtatuimus, quod a qualibet ſententia lata per Poteſtatem Coloniæ appellari poſſit ad Dominium noſtrum Venetiarum, ſive ad ejus Officiales, ad quos ſecundum ordinamenta ejuſdem appellationes devolvuntur, præterquam a ſententiis latis in litibus vigintiquinque librarum parvorum, & ab inde infra, & a ſententiis interlocutoriis, ideſt non definitivis, & ab executione ſententiarum, quæ ſint definitivæ, in quibus caſibus exceptuatis nemo appellari poſſit, ſed neceſſe habeat quilibet ſententiis talibus parere.

*De compromiſſis inter affines, & inter non affines.*

## CAPUT XLVI.

OBVIARE volentes, ne inter eos, inter quos ſumma concordia, & perpetua pax eſſe debet, diſcordiæ ex litibus oriantur, ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi de cætero aliqua quæſtio oriatur aliqua via mundi inter patrem & filium, avum & nepotem, & ſic de cæteris aſcendentibus, & deſcendentibus; ſive inter collaterales ex linea paterna, vel materna conjunctos, & generaliter inter quoſcunque ſibi adinvicem attinentes ex quacunque parentela, dummodo non excedat quintum gradum de Jure Canonico, quo fratres dicuntur eſſe in primo gradu, & inter maritum & uxorem, & inter maritum & atti-

attinentes uxoris suæ, sive inter uxorem & attinentes mariti, teneatur Poteſtas prædictus requirere perſonas litigantes, ſeu litigare volentes, ſi de communi concordio velint ſe compromittere in communes amicos; & ſi dixerint ſic, tunc illæ partes eligant communem amicum unum, ſive plures, dummodo inter eos ſervetur æqualitas. & ſi dictæ partes litigantes, ſeu litigare volentes, vel altera earum dictos arbitros eligere recuſarent, tunc Poteſtas, ſi ad hoc fuerit requiſitus, compellat dictas partes realiter, & perſonaliter ad ſe compromittendum per modum ſuperius declaratum. ſi tamen aliquis ipſorum nollet ſuos arbitros dare, tunc Poteſtas eligat unum, prout ſibi videbitur, etiamſi datus eſſet ab altera parte, & teneat electio facta per Poteſtatem ex parte ejus, qui arbitrum ſuum dare recuſaverit. qui arbitratores, ſive arbitri poſſint ſummarie, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, omnibus ſolemnitatibus Juris, & Statutorum omiſſis, quolibet die feriato, & non feriato, placitis locatis, & non locatis, partibus citatis, & non citatis, & etiam abſentibus, tam de Jure, quam de facto procedere, cognoſcere, definire, & terminare inter partes prædictas de quæſtione, ſeu quæſtionibus inter eas vertente, ſeu vertentibus, & pœnam apponere, tam in procedendo, quam in ſententia ſua. in quam pœnam ipſo facto abſque alia ſententia pars contraveniens, & non obediens dictis arbitris, vel arbitratoribus, ſeu ſuæ definitioni, toties cadat, quoties fuerit contrafactum, & nihilominus dicta definitio in ſua firmitate perduret. & quicquid dicti electi, ſeu eorum major pars dixerint, ſtatuerint, vel ſententiaverint, debeat dictus Poteſtas totum illud omnibus Juris remediis executioni mandare, & cogere partes adimplere, & perpetuo obſervare; & contra talem definitionem, ſententiam, vel terminationem eorum non poſſit aliquis ſe appellare, ſupplicare, & in integrum reſtitutionem petere, nec de nullitate dicere, nec petere ad arbitrium boni viri reduci, nec aliquo alio modo infringi. Et dicti arbitratores teneantur definire quæſtionem infra terminum ordinatum a partibus, ſive a Poteſtate prædicto. Sed ſi nullus terminus ſtatutus fuerit in compromiſſo, tunc intelligatur eſſe ſtatutus terminus duorum menſium ex diſpoſitione præſentis Statuti. & ſi dicti electi nollent compromiſſum acceptare, vel poſt acceptationem non procedere ad definitionem negotii, Poteſtas poſſit eos cogere ad acceptandum, & procedendum, & definiendum omnibus Juris remediis; & poſſit etiam Poteſtas prorogare terminum compromiſſi ſemel, vel pluries, prout ſibi videbitur; & in caſu quo eſſent diſcordes, Poteſtas eligat tertium non ſuſpectum alicui parti. & hoc habeat locum in præſentibus & futuris, & omnia & ſingula ſupraſcripta habeant locum etiam in arbitris & arbitratoribus, ſponte electis per alias perſonas ſibi adinvicem non attinentes,

tes, dummodo in compromisso fuerint apposita illa verba, Quod possint definire, seu sententiare de Jure, & de facto.

*Quod decisa non veniant in compromisso generali.*

### CAPUT XLVII.

STATUIMUS insuper, quod quotiescunque fieri contigerit compromissum generale de omnibus differentiis, litibus, & quæstionibus aliquarum personarum, quod in tali compromisso non intelligantur deducta ea, quæ decisa, seu declarata fuerint per sententiam, transactionem, vel pactum, vel alio quovis modo; immo illa in sua firmitate perdurent, nisi a tali sententia esset appellatum, vel de nullitate dictum; & talis appellatio, & causa nullitatis adhuc pendeat tempore facti compromissi.

*De excussione bonorum debitoris.*

### CAPUT XLVIII.

NE dubia deinceps super excussione bonorum oriantur, decrevimus, quod cum quis creditor habet bona sui debitoris hypothecata expresse, vel tacite, vel habens de debito suo fidejussorem, & velit contra bonorum possessores sui debitoris venire, excussionem prius omnium bonorum debitoris sui faciat in hunc modum, Quod debitor suus personaliter, vel ad domum ubi habitat, vel habitare consueverit, vel ejus hæredes præconizentur, in platea Terræ Coloniæ, si domum non habuerit, & quod viator faciat relationem, quod non inveniat de bonis debitoris, vel ejus hæredum aliquid ad auferendum tenutam, vel pignora, dicto viatore referente, quod ad inquirendum de bonis debitoris habuerit massarium terræ, vel villæ, vel duos homines de illo loco, in quo debitor habitat, vel consuetus est habitare, & postea super platea publice proclamatum fuerit, quod si quis sciret, ubi essent bona aliqua talis personæ, debeat ea manifestare Potestati usque ad duos dies, aliter autem procedetur contra quoslibet possessores, si qui reperirentur. quibus duobus diebus elapsis, nemine comparente, licitum sit creditori, qui talem fieri fecerit excussionem, posse agere contra quemlibet possessorem bonorum illius taliter excussi, & etiam contra ejus quoslibet fidejussores.

Idem etiam intelligatur in quocunque creditore, non habente bona obligata sui debitoris tacite, vel expresse. si tamen talis fidejussor obligatus esset in solidum sub renunciationibus opportunis, tunc possit

ſit creditor agere contra talem fidejuſſorem in ſolidum, ejuſq; hæredes, & in ſuis bonis, abſque eo, quod prius faciat excuſſionem in bonis principalis debitoris, qui ſimiliter modus excuſſionis obſervetur, & obſervari debeat, ſi debitor ſit mortuus, & nullum hæredem habeat, vel addita non ſit hæreditas, dummodo ante omnia fiat proclamatio in platea, an aliquis velit eſſe hæres talis, quod tali die compareat coram Poteſtate Coloniæ ad petitionem talis creditoris dictæ defunctæ perſonæ, & nullo comparente, vel comparente & non ſolvente, aut ſatisfaciente, procedi poſſit ad dictam diſcuſſionem, ut ſupra.

*De ordine tenendo in venditionibus pignorum.*

## CAPUT XLIX.

QUOTIESCUNQUE pignora accepta fuerint alicui perſonæ pro aliquo debito, tunc pro ſatisfactione creditoris talia pignora vendantur per camerarios, deputandos per Communitatem Coloniæ hoc modo; videlicet, Quod primo pignore accepto, ante terminum undecim dierum ipſius venditio fieri non poſſit; dicto vero termino tranſacto, quandocunque ad arbitrium camerarii, vel requiſitionem creditoris publice in locis publicis, ſolitis, præmiſſis debitis ſubhaſtationibus, ac ſono campanæ vendantur plus offerenti. & facta venditione emptor ſit ſecurus, & a tali venditione ſemper defendatur per Poteſtatem Coloniæ poſt elapſum dierum octo, & per camerarium fiat ſolutio creditori pro ſorte, & expenſis. pignora vero ſecundo loco, & ſic ſucceſſive accepta illico vendantur, in diebus tamen, quibus ſecundum conſuetudinem Coloniæ vendi ſolent; exceptis tamen depoſitis voluntarie factis de denariis per debitores in Officio Cameræ pignorum, qui denarii illico per eos, ad quorum inſtantiam depoſitati fuerint, poſſint elevari, niſi in depoſito extet ſuſpenſio.

*Nullus de familia Poteſtatis poſſit emere pignora ad publicum incantum.*

## CAPUT L.

STATUIMUS, quod miles Poteſtatis Coloniæ, caballarii, Cancellarius, nec alii de ejus familia, quando fecerint incantus pignorum Cameræ, aut Sancti Montis, vel aliorum bonorum vendendorum, non poſſint per ſe, nec per interpoſitas perſonas aliquo mo-

do ponere ad aliquod pretium, nec alia pignora emere, ne pignora ipsa ad præjuditium pauperum personarum minori pretio, quam valeant, vendantur; & ne respectu talium de familia Potestatis homines de Terra Coloniæ, & districtu a talibus emptionibus abstineant sub pœna cuilibet contrafacienti librarum vigintiquinque, & majori, arbitrio Potestatis. & idem in immobilibus intelligatur, & tales venditiones ipso Jure non valeant.

*De venditionibus, & in solutnm dationibus faciendis ad æstimariam.*

## CAPUT LI.

STATUIMUS, quod venditiones quæ fiunt ad æstimariam de bonis immobilibus alicujus debitoris, cessantis solvere, fiant hoc modo; videlicet, Quod data & accepta tenuta per creditorem de bonis debitoris in solutione cessantis, vel hæredum ejus, sive hæreditatis jacentis, & ipsa tenuta non fuerit cassata, secundum formam statuti infrapositi sub rubrica proxime subsequenti, res vendenda, sive vendendæ, si fuerint in Terra Coloniæ, vel burgis, præconizentur super platea dictæ Terræ, & in mercato in die Dominico, & ante domum solitæ habitationis ipsius debitoris; & si res fuerint in villa, fiet præconizatio, sive crida in loco, ubi vicinia ejus terræ congregatur, ita quod bene sciri possit, & nihilominus in locis suprascriptis hoc modo; Omnes sciant, quod ad postulationem dicti creditoris, bona talis debitoris, vel ejus hæredum posita sunt ad æstimariam, vendenda per Commune Coloniæ pro uno debito tantæ quantitatis, locum, & cohærentes dictorum bonorum, sive rerum specificando. & si aliquis vult contradicere, vel in prædictis bonis jus aliquod apportare, vel prætendere, tenutam acceptam de dictis bonis fuisse cassandam, hinc ad octo dies proximos coram Potestate cum ejus rationibus debeat comparere, sciendo, quod ab inde in antea prædictus Dominus Potestas super prædictis procedet secundum formam Juris, & Statutorum Communis Coloniæ. quibus octo diebus elapsis, dictus Potestas per homines sacramento astrictos, ad minus quatuor illius terræ & loci, ubi res est vendenda, veritatem justi pretii inquirat, si res est debitoris, vel suorum hæredum, vel si aliquis in ea jus habeat, secundum ipsorum credulitatem ab eis diligenter quærat. & si per ipsos mentio aliqua fuerit, quod dicta res alicui personæ pertineat quoquomodo, illam personam citari faciat, ut coram eo comparere debeat, & suas rationes ostendere ad certum terminum, ejus arbitrio terminandum. quibus observatis, dictus Potestas

res

res iterum præconizare faciat trium dierum ſtatuto termino, quo elapſo, Poteſtas procedet ad venditionem illarum rerum die, in quo ſibi melius videbitur convenire, habendo unum viatorem, qui taliter publice proclamet; Unuſquiſque ſciat, quod talia bona, exprimendo loca & cohærentia, poſita ſunt ad vendendum ad æſtimariam ad petitionem talis creditoris, unde ſi aliqua perſona volet ea emere, projectum baculum elevet, ſciendo, quod plus offerenti dabitur, incipiendo a magna ſumma, & deſcendendo paulatim, prout eſt moris in incantibus faciendis. qua legitima ſubhaſtatione facta, Poteſtas vendet, vel dabit in ſolutum ipſas res plus offerenti, ſtatuendo terminum debitori, ſive debitoribus menſium ſex ad recuperandas dictas res venditas, cum exburſatione pretii, & expenſarum. & talis emptor, vel in ſolutum acceptator ſit ſecurus de re taliter ſibi vendita, vel in ſolutum data contra quaſcunque perſonas, dummodo non fuerint abſentes, vel pupilli, ſive minores vigintiquinque annis, qui minores audiantur contra tales venditiones, ſive dationes in ſolutum poſt perfectam ætatem, & abſentes poſt reverſionem ſuam uſque ad quatuor annos tantum, & non ultra. & ſi quis contradictor extiterit nondum facta venditione, vel datione in ſolutum, ut ſupra, ejus ratio audiatur, & immediate expediatur. Cum autem aliqua res vendita fuerit ordine, quo ſupra, ea pecunia, ſive pretium ejus creditori ſolvatur, & ſatiſdet talis creditor de ea pecunia, ſive pretio reſtituendo, caſu quo infra quadriennium aliqua perſona habendo meliora jura in ipſa re comparuerit, cui perſonæ eo caſu pretium illud detur, & res remaneat penes emptorem.

Si vero fuerit data in ſolutum alicui, ſit in libertate ejus, aut reſtituere rem, vel id pretium pro quo res ſibi data fuerit in ſolutum ad æſtimariam, aliter facta ipſo Jure non valeant.

*De tenuta caſſanda.*

## CAPUT LII.

STATUIMUS, & ordinamus, quod ſi aliquis quacunque ratione, vel cauſa acceperit tenutam alicujus rei, quæ non poſſideatur ab eo, ſub cujus nomine fuerit accepta tenuta, ipſo Jure talis tenuta non valeat, nec aliquod faciat præjuditium poſſidenti, etſi venditio facta fuerit ad æſtimariam, & Poteſtas incontinenti, cum contradictor extiterit, qui dicat & allegat, ſe tenere & poſſidere rem prædictam, & tenutam acceptam fore in ſui præjuditium, & illud juret, aut per duos idoneos teſtes probet, citato tamen creditore, ipſam tenutam, & quicquid ſecutum eſt ex ea, debet de facto caſſare, & annul-

annullare, & nullius valoris esse, & fuisse pronunciare, sine aliqua scripturæ porrectione, quantum est in præjudicium possidentis, quod si non fecerit proinde habeatur, ac si cassata foret. si vero is, contra quem data fuerit tenuta contradicturus comparuerit tenutæ acceptæ, vel datæ de Jure, ut quia citatus ad causam non comparuerit, vel noluerit venire sine lite; tunc prius per ipsum solutis expensis, vel depositis penes idoneam personam cassetur tenuta. si vero comparuerit dicens, tenutam non juridice datam, tunc ante ipsarum expensarum restitutionem ejus audiatur ratio, interim tenuta firma remanente penes eum, qui eam acceperit. & si infra mensem tenuta recuperata non fuerit, exinde creditor qui acceperit tenutam, habere, & lucrare fructus debeat pro rata temporis, & quantitate debiti. si vero data fuerit aliqua tenuta, nulla citatione præcedente, tunc talis tenuta sit ipso Jure nulla, & cassata intelligatur. & si quis juraverit se possidere, & postea cõtrarium reperiatur, puniatur in vigintiquinq; libris, & plus, inspecta qualitate personarum, & negotii. & si per testes falsos probaverit se possidere, etiam pœna falsi puniatur. & super prædictis possit procedi quolibet tempore, feriato, & non feriato, præterquam in feriis introductis in honorem Dei.

*Quod nullus spolietur de possessione, nisi fuerit legitime citatus.*

## CAPUT LIII.

NULLA persona possit, vel debeat spoliari, vel removeri de possessione, vel quasi alicujus rei, quam habet & possidet, vel quasi, per Potestatem Coloniæ ad petitionem alicujus personæ, communis, collegii, capituli, seu universitatis, nisi prius dicta persona tenens, vel possidens, vel quasi, in judicio ordinario coram dicto Potestate fuerit convicta; immo ipse Potestas teneatur quamlibet personam possidentem manutenere, & defendere in possessione, vel quasi. & si aliqua persona spoliata sit possessione sua, vel quasi, ipsa prius non convicta in judicio ordinario, ut supra dictum est, Potestas teneatur ac debeat ipsam personam spoliatam, vel ejus hæredes sine aliqua scriptura, & nulla Juris solemnitate observata, in possessionem, vel quasi reducere, qua fuerit spoliata, statim cum fuerit requisitus, aliquo cursu temporis non obstante, quæ tamen possessio saltem debeat esse per annum unum.

De

*De interdicto opere ædificii.*

## CAPUT LIV.

CUm interdictum, sive præceptum fuerit alicui a Potestate Coloniæ, quod non laboret in aliquo loco, seu opere, & ille non obstante interdicto, seu præcepto laboraverit, & postea super ea re, vel opere placitum, seu litem fecerit, ante omnia totum opus destruatur, quod fuerit factum post interdictum, & postea rationes partium audiantur per Potestatem.

*A quo tempore bona viri sint obligata uxori, & de concursu creditorum.*

## CAPUT LV.

UT admodum super dotibus mulierum, & aliorum creditorum concurrentium ad petendum bona debitoris provideatur, statuimus, quod bona viri obligata sint mulieri a tempore celebrati instrumenti dotalis, & ab eo tempore ipsa sit prior omnibus creditoribus, qui postea cum marito suo contraxerint, dummodo appareat instrumentum dotis suæ tunc temporis factum. si autem appareret instrumentum dotis factum fuisse post transductionem quandocunque, tunc si talis dos fuerit confessionata, & non appareat unde provenerit mulieri, præsumatur tale instrumentum factum fuisse in præjudicium, & fraudem creditorum; & in eo casu mulier non præferatur pro illa dote sua aliquibus creditoribus præcedentibus tale dotis instrumentum. Volumus tamen, quod mulier talem dotem petere possit ab hæredibus viri, & ab ipso viro in casu repetitionis dotis existente. In aliis autem creditoribus, cum tractatur de eorum concursu in bonis alicujus debitoris sui, volumus quod locum habeat regula Juris, Qui prior est in tempore, potior est in Jure, tam in personalibus, quam in hypothecis, & pignoribus. Si vero concurrerēt eodem tempore, tunc divisio fiat bonorum, & cuilibet solvatur pro rata debiti, & quantitatis bonorum debitorum.

De

*De dote ſoluto matrimonio reſtituenda, & conſtante matrimonio aſſecuranda.*

## CAPUT LVI.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod ſoluto matrimonio, ſi dos fuerit in rebus immobilibus non æſtimatis, aut æſtimatis tali æſtimatione, quæ non faciat emptionem, ſtatim dos reſtituatur. ſi autem in rebus mobilibus exſtantibus, ſimiliter ſtatim reſtituatur. ſi autem non extaret, vel data fuiſſet in quantitate, vel pecunia, tunc poſt annum a die ſoluti matrimonii reſtituatur, ſi ſtatim conſumato matrimonio data fuit; aliter reſtituatur in illis terminis, quibus data fuit. & ſi contigerit, quod conſtante matrimonio aliqua mulier propter inopiam mariti, conſervationem, ſeu aſſecurationem dotium ſuarum facere vellet, ſtatuimus ad hoc, ne tales aſſecurationes clandeſtinæ fiant in præjudicium creditorum, & aliorum intereſſe habentium, quod de cætero nulla mulier poſſit tales conſervationes impetrare, aut obtinere, niſi prius facta pronuncia per Poteſtatem, quod talis caſus evenerit, habita informatione a teſtibus fide dignis de inopia, & malo gubernio mariti; & niſi prius fiat in die Mercurii publicum proclama, ad notitiam quorumcunque prætendentium intereſſe confectioni inventarii; & quod ſi quis putat intereſſe, compareat in termino dierum octo ad contradicendum. quo tranſacto, & nemine comparenti vel comparente, & nullum legitimum intereſſe demonſtrante, tunc ipſa bona ipſi mulieri pro conſervatione, & aſſecuratione dotium ſuarum aſſignentur; aliter factæ dictæ aſſecurationes nullo modo teneant, nec valeant, & nihilominus dictæ aſſecuratiunes non præjudicent datiis communis, affictibus domorum, & medicinis.

*Quando filius ſeparatur a Patre, quid ſit faciendum ſuper dote nurus, & quid de bonis maternis.*

## CAPUT LVII.

SAEPE evenit, quod filii ſeparantur a patre, & diſcordia fit ſuper dote nurus danda filio. ideo volumus, quod quicunque filius habens uxorem noluerit amplius cum patre ſuo habitare, quod ſi pater ejus fuerit obligatus in inſtrumento dotali de ipſa dote reſtituenda, pater cogatur eam dotem integre dare, & aſſignare dicto tali filio ſuo juſſu, & mandato talis nurus ſuæ, ſive tot de bonis ſuis, quæ bene valeant ipſam dotem, & tunc mulier ipſa cum conſenſu pa-

tris

tris sui, si habuerit, vel matris suæ, si non habuerit, vel trium propinquorum, deficiente patre, faciant chartam absolutionis socero suo, idest patri mariti sui de amplius non petendo ab ipso eam dotem, cum clausulis opportunis; & ex alio latere maritus faciat uxori suæ obligationem ipsius dotis, in qua solus sit obligatus, firma manente priore obligatione ex dote contra solum maritum suum, & ejus bona, & separatim habitare possint suo libito, & pater sit securus, quod ab ipso talis dos nunquam peti possit; & ipse Potestas, si requiretur, bene advertat ne fraus deceptiove aliqua interveniat, & de bonis propriis pater non teneatur aliquid dare filio a se separante, si non voluerit. sed si mater filii de se separantis mortua sit, & habuerit dotem, pater donec vivat habeat usumfructum illius dotis. teneatur tamen ad petitionem filii, si suspectat, arbitrio Potestatis, vel satisdare de non alienando aliquid de bonis immobilibus, vel se moventibus, vel juribus, & actionibus maternis, vel tot de bonis suis assignet filio suo, quæ valeant tantum quantum valebat dos sua, talia bona materna retinendo penes se, & usumfructum illorum bonorum, & hoc si unicus sit filius, & ex illa vxore mortua, & separare se velit a patre. si autem plures sint filii, tunc idem in eis discedere volentibus, pro rata statutum intelligatur, & hoc locum habeat in præteritis, præsentibus, & futuris, salvo quod supra in rubrica, *De alimentis*, provisum fuit.

*Mulier, postquam recuperaverit dotem suam, non habeat alimenta ab hæredibus viri.*

## CAPUT LVIII.

Cum secundum Jura mulier infra annum post mortem sui viri de bonis mariti sui vivere possit, ne inde quæstio oriatur, determinamus, quod quandocunque mulier infra annum petierit, dotem sibi reddi ab hæredibus viri sui, & sibi reddita fuerit, ab inde in antea vivere non debeat de bonis quondam viri sui, sed donec dotem suam non receperit, quanto tempore hæredes mariti fuerint in mora restituendi dotem, mulier vivere debeat de bonis quondam viri sui, & in domo cum hæredibus remanere, dummodo opera sua, & quod ipsa lucrari potest secundum qualitatem, & conditionem suam, ex suis operis dare debeat hæredibus dicti viri.

*Fructus rerum non datarum sint maritorum.*

## CAPUT LIX.

SUBVENIRE volentes sustinentibus onera matrimonii, statuimus, quod fructus, reditus, obventiones bonorum, & rerum mulierum non habentium dotes, percipiantur per maritos ipsarum, vel soceros sustinentes onera matrimonii perinde, ac si fuissent in dotem datæ; & quod bona ipsa, & res præsumantur, & intelligantur data esse in dotem dicto ejus marito pro oneribus matrimonii sustinendis, quantum est solum ad perceptionem, & acquisitionem ipsorum fructuum. si tamen matrimonium solveretur anno non completo, illius anni fructus pro rata debeantur marito, vel socero sustinenti onera matrimonii, vel ejus hæredi pro rata ipsius, quo onera matrimonii sustinuerit.

*Quod donationes, excedentes summam quingentorum ducatorum insinuentur coram Potestate.*

## CAPUT LX.

STATUIMUS, quod omnes donationes, quæ fient in Terra, & Potestaria Coloniæ, & quæ excesserint summam quingentorum ducatorum, non valeant, nisi de eis factum fuerit publicum instrumentum, & fuerint insinuatæ taliter; videlicet, quod Potestas, vel ejus delegatus talibus donationibus suam auctoritatem, & decretum interponat, prout in contractibus minorum faciendum esse alio cavetur statuto.

*Filii non divisi a Patre, non possint se obligare sine consensu Patris.*

## CAPUT LXI.

NE filii non divisi a patre possint intercipi fraudolenter super chartis, sive instrumentis aliquibus faciendis, ordinamus, quod nulla charta, quam filius indivisus a patre fecerit, valeat, nisi consentiente patre facta fuerit, & nisi contrahente publice mercantiam, aut aliam artem, in qua ipse filius vendat, & emat, exerceat sive ut principalis, aut socius.

De

*De bonis dotalibus, & extra dotem positis non alienandis, nec obligandis.*

## CAPUT LXII.

STATUIMUS, & ordinamus, quod nulla mulier, constante matrimonio, aliquo modo possit dotem suam, vel aliqua bona dotalia, vel paraphernalia, nec aliter adventitia, quæ sint, vel fuerint, vel erunt extra dotem posita, alienare, vel quocunque titulo obligare, non obstante aliquo juramento, vel pacto tacito, vel expresso, quæ omnia dolo, vel metu, vel nimia reverentia mariti extorta esse credantur, sive maritus consenserit, sive non, salvo, quod in casibus infrascriptis; videlicet primo, ne pereat fame ipsa, & eorum liberi, & causa redimendi maritum captum ab hostibus, aut pro abscisione alicujus membri mariti, vel liberorum evitanda, aut causa dotandi filias, vel neptes, & deinceps a se descendentes, si aliunde dotari non possint. quibus casibus, cum auctoritate duorum proximiorum suorum masculorum, & licentia, & decreto Potestatis Coloniæ, possit prædicta bona sua obligare, & deficientibus, seu recusantibus proximioribus masculis, tunc loco ipsorum per Potestatem eligantur duo ex bonis civibus Terræ Coloniæ, quorum licentia, & consensus cum decreto Potestatis requiratur. & idem quod dictum est in dote, & aliis bonis extra dotem, intelligatur in jure hypothecæ, quam habet mulier in bonis mariti, vel alterius occasione talis suæ dotis; & similiter maritus, etiam uxore consentiente, non possit dotem, & alia bona extra dotem posita, ut dictum est, aliquo modo alienare, vel obligare.

*Commodatarius non teneatur de casu fortuito, & qui sit casus fortuitus.*

## CAPUT LXIII.

ILLE, cui accommodata fuerit aliqua res viva, vel aliqua res cujuscunque conditionis existat, non teneatur de aliquo fortuito casu, nisi culpa commodatarii casum præcesserit. & si animal commodatum fuerit, non teneatur commodatarius, cui commodatum fuerit tale animal, si deterius factum sit, dummodo eodem modo moriturum, seu deterius futurum fuisset penes eum, cujus erat tale animal commodatum. Fortuitus autem casus est ille, cui hominum consilium resistere non potest, ut incendium, ruina, terræmotus, fulgur de cælo, inundatio aquarum, & his similia. teneantur tamen de omni incommodo,

modo, ſive damno proveniente ex omni culpa, & negligentia ſua circa rem commodatam ſibi facta.

*De venditore, locatore, & permutatore cogendis contractum perficere.*

## CAPUT LXIV.

ITEM ſtatuimus, ſi aliqua perſona vendiderit, locaverit, vel permutaverit, vel promiſſionem fecerit de vendendo, locando, vel permutando alicui aliquam domum, terram, poſſeſſionem, & jura, præciſe condemnetur, & compelletur ipſam domum, terram, poſſeſſionem, rem, & jura tradere, ſive vendere, locare, vel permutare, & manu militari, ſi opus fuerit, res auferatur ab eo, nec liberetur præſtando, vel præſtare volente intereſſe, & hoc locum habeat in præſentibus, & futuris, & præteritis, nondum tranſactione, ſeu concordio, ſeu ſententia terminatis; & ſi locator, venditor, vel permutator, vel promiſſor alicujus contractus illorum, vel ejus hæredes ſcienter fecerint, quominus habeat facultatem tradendi illud, quod venditum, locatum, permutatum, vel promiſſum fuerit, ut ſupra, tunc taxatione præmiſſa a Judice differatur emptori, conductori, vel alterius permutatori, ſive ſtipulatori, vel ejus hæredi juramentum in litem, & quanti juraverint intereſſe ſua, ſibi poſtea condemnetur venditor, vel promiſſor, ſeu ejus hæredes. ſi vero dictus venditor, locator, vel permutator, ſine ejus dolo, vel culpa facultatem rei dandæ, vel tradendæ non habeat, & in mora non fuerit, tunc cavere compellatur, ut ſi ullo unquam tempore ad manus ejus pervenerit, contractum prædictum adimplebit. ſi autem eam recuperare poſſet, teneatur ſuis ſumptibus, & periculo recuperare, & contractum adimplere, aliter non teneatur. idem, ſi perempta ſit ante moram, & ſine ſui culpa, teneatur tamen pretium, ſi quod habuerit, reſtituere.

*Quod debitor poſſit dare de ſuis bonis in ſolutum creditori, ſi debitum exceſſerit ſummam quinquaginta librarum.*

## CAPUT LXV.

ITEM ſtatuimus, quod de debitis non uſurariis, de dotibus, ac donationibus fiat ratio in hunc modum; quod ſi debitum fuerit quinquaginta librarum, vel ab inde ſuperius, & debitor dare voluerit creditoribus de ſuis bonis valentibus quantitatem debiti, ſecundum æſtima-

æstimationem factam per communes amicos, videlicet, quod creditor eligat unum, & debitor alium ad æstimandum possessionem, & bona mobilia debitoris, si se concordabunt. & si dicti æstimatores concordare non possent, æstimatores Communis Coloniæ, qui pro tempore erunt, debeant dare tertium æstimatorem ad æstimandum dictas possessiones debitoris. qua æstimatione facta, creditor teneatur accipere in solutum, & quod creditor non debeat, nec possit contravenire, nec molestare debitorem volentem satisfacere, ut dictum est. & quod debitor volens satisfacere creditori de bonis suis, ut superius dictum est, suo sacramento teneatur dare omnia sua bona mobilia, & immobilia in scriptis creditori, salvo, quod sit in electione creditorum accipere de bonis, & possessionibus debitorum, quas voluerint, & ubicunque sint, exceptis domibus, in quibus debitor habitat, si alia bona habeat. & si aliquid omiserit, puniatur in decem libris parti dandis, & plus arbitrio Potestatis, inspecta qualitate & conditione rerum, personarum, & causa.

*Quod fiat proclama de venditionibus, si emptores volunt esse securi.*

CAPUT LXVI.

UT emptores sint securi de rebus emptis, decernimus, atque volumus, quod si quis emptor alicujus rei immobilis voluerit sibi cautum fore de ea re, debeat suis expensis post confectum instrumentum emptionis facere de licentia Potestatis proclamari super platea Terræ Coloniæ, & super foro duabus Dominicis, hora vesperarum, & etiam in loco ubi est dicta res vendita, si est res immobilis existens in Terra Coloniæ, vel in habitationibus villarum. si autem essent extra habitationes villarum, fiant dicta documenta dictis duabus Dominicis, & horis in dicto foro Coloniæ, & etiam in eminentiori loco, & magis usitato villæ, in cujus pertinentia dicta res vendita posita esset, & etiam in dicta re vendita, ubicunque sit, affigatur, aut apponatur una cedula, quæ contineat bannimenta, ut fieret secundum formam hujus Statuti, & secundum varia bannimenta dicta cedula remaneat, & dicta bannimenta, stridæ, aut proclamationes fiant his verbis; videlicet, Quod manifestum sit omnibus, quod talis persona vendidit tali talem rem, sive talem petiam terræ, declarando locum, & confines ipsius, & pretium; & quod si quis prætenderet habere jus in ipsa re, comparere debeat infra duos menses a die proclamationis primæ factæ, & elapso dicto termino, nemine comparente, quod ab inde in antea nullum jus reddetur aliquibus dicentibus habere jus

in

in dicta re, salvo, quod per hoc Statutum non comprehendantur absentes, nec pupilli. Si quis autem comparuerit, audiatur, & ejus jura examinentur, & discutiantur summarie, de plano, sine strepitu, & figura judicii; quæ proclamatio debeat scribi in uno libro, qui habeat stare penes Notarios Cancellariæ civilis Potestatis. & hoc Statutum habeat locum etiam in permutationibus, dationibus in solutum, & donationibus, nec intelligatur de venditionibus, & in solutum dationibus factis ad æstimariam.

*Quod si venditor remanserit in possessione rei venditæ, talis venditio non præjudicet postea contrahentibus.*

## CAPUT LXVII.

QUORUNDAM fraudibus obviare volentibus, statuimus, quod si de cætero aliquis, seu aliqua de Terra, & Potestaria Coloniæ donationem, vel venditionem, seu alienationem aliquam fecerit in filios, vel nepotes, vel alias personas suorum bonorum, vel partis, aut rei singularis, & manifeste alienator, donator, seu venditor remanserit in possessione rei alienatæ, quod ipsa alienatio ipso jure non præjudicet postea contrahentibus cum eodem, etiamsi in dicto contractu, aut instrumento apposita fuerit clausula præcarii, vel alia similis, per quam dici possit dictam possessionem translatam esse, nisi ipsa alienatio, venditio, donatio fuerit publicata duobus diebus Dominicis super platea Communis Coloniæ, vel in platea villæ, ubi dicta res sita est infra mensem, vel postea quandocunq; ante secundam alienationem, seu contractum; & ex tunc dicta venditio, donatio, sive alienatio, sive cum clausula præcarii, sive non, præjudicet post ipsam publicationem contrahentibus.

*De stantibus in alienis domibus, quod teneantur omnes ad fictum solvendum.*

## CAPUT LXVIII.

INIQUUM esse perspicientes, ut dominus suo fictu debeat defraudari, statuimus, quod si aliquis stat ad fictum in domo alicujus, omnia quæ sunt in illa domo obligata sint pro fictu domus, & possint accipi pro pignore, & mulier, uxor, filii, & omnes habitantes in illa domo; exceptis famulis stantibus ad salarium cum conductore domus, teneantur, & obligati sint ad ipsum fictum solvendum, & de ipso fictu solvendo si aliter apparere non possit, Dominus Potestas

stare

ſtare poſſit juramento domini domus. ſed ſi habitator exiverit de domo ante terminum, ficto non ſoluto, & alium in dicta domo poſuerit, volumus, quod ſtans in dicta domo, teneatur ad fictum totum perſolvendum, & perinde exigi poſſit ab eo fictus per dominum domus, ac ſi a domino conduxiſſet; & ſimiliter res invectæ, & illatæ per ſecundum conductorem ſint pro dicto fictu tacite obligatæ.

*De fictis domorum ſolvendis, & quo tempore.*

## CAPUT LXIX.

STATUIMUS ſecundum conſuetudinem in fictis domorum obſervatam, quod ſi a partibus, dum affictatur aliqua domus nihil dicatur, intelligatur quod medietas fictus debeat ſolui ante introitum domus, & alia medietas poſt ſex menſes, & hoc cum affictatio facta fuerit ad unum annum. ſi vero facta fuerit ad plures annos, tunc in principio cujuslibet anni ſolvatur dimidia fictus, & in medio anno alia dimidia. & ſi quis conduceret domum ad unum annum completum, & ſteterit ultra annum in domo, nulla facta reconductione pro alio anno, vel aliquo tempore, poſſit conductor exire domo quandocunque voluerit, & non teneatur ſolvere fictum, niſi pro eo tempore, quo ſteterit in domo. debeat tamen denunciare domino, & eidem præſentare claves domus, quando exire voluerit. quod ſi non fecerit, teneatur ſolvere fictum donec eam denunciationem, vel deſignationem clavium fecerit.

*Dominus domus non poſſit expellere conductorem de domo, niſi ex certis cauſis, & quantum terminum habeat ad evacuandum domum.*

## CAPUT LXX.

HUIC etiam addimus ſanctioni, quod ſi dominus locat domum ad certum tempus, non poſſit expellere habitatorem, vel domum auferre ei, cui locata eſt, uſque ad terminum finitum, niſi dominus eam pro ſuo facto proprio vellet vere, & non ficte, & ſine fraude, vel quia in ea ipſe, vel aliquis de familia ſua habitare vellet, intelligendo de ſua familia illos, qui ſimul cum locatore habitant; vel vellet domum reficere, nec poſſet commode alibi habitare; vel niſi habitator, vel qui tenet domum in ea habitaverit inhoneſte, & malo modo, & tunc ſolvat fictum pro eo tempore tantum, quo domum tenuerit. ſed & conductor non poſſit domum relinquere ante

te

te terminum completum; & si reliquerit, solvat totum fictum, sed bene possit locare alteri personæ honestæ vitæ pro tanto tempore, quanto teneret ipsam domum, nisi dominus pro illo tempore voluerit sibi fictum dimittere. Et quia quandocunque domini domorum sunt importuni ad expellendum conductores de domibus affictatis, volumus, quod ille, qui stat in domo habeat terminum unius mensis ad evacuandum domum, qnando dominus vult eam pro facto suo, & minus secundum qualitatem, & facultatem personarum, & prout Potestati videbitur rationi convenire.

*Qui ostenderit se tribus annis continuis solvisse, retro solvisse præsumatur.*

## CAPUT LXXI.

AD tollendos errores, litigia, ac periculosa juramenta, statuimus, quod si aliqua persona, tam ecclesiastica, quam secularis cujuscunque conditionis, quæ teneretur solvere cuicunque personæ, tam ecclesiasticæ, quam seculari, communi, collegio, seu universitati, & cuilibet alteri personæ affictum, seu livellum domorum, aut terrarum ad tempus, seu perpetuo, & ostenderit apochas, seu bulletas trium cohærentium sibi annorum & continuorum, absque aliqua reservatione superiorũ tẽporum, apochas & bulletas non teneatur ostendere, neque ad solutionem coarctetur, sed omnia residua antecedentia satisfecisse præsumatur, nisi de ipsis residuis, & aliis affictibus, seu livellis præteritis extaret scriptura legitima & authentica, quæ de ipsis fidem faceret.

Absentium vero, & pupillorum jura illæsa serventur.

*De fictis terrarum, & de livellis.*

## CAPUT LXXII.

FRANCISCUS Donatò, Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus, & sapientibus viris Joanni Baptistæ Marino, de suo mandato Potestati Coloniæ, & successoribus suis fidelibus dilectis salutem, & dilectionis affectum. Significamus vobis, quod heri in Consilio nostro Rogatorum capta fuit Pars tenoris infrascripti, videlicet. *Avendo la fidelissima Comunità nostra di Cologna, così di dentro, come di fuori, sotto li diese di Agosto dell'anno prossimo passato, preso nel suo Conseglio di redur* de cætero *li livelli fatti a danari dal* 1520. *in qua per ciascuna sorte di persone, così forestiere, come terriere a ducati sei*

per

*per cento, o vero a pagar minali dodeci di formento per detti ducati cento, si come dalla Parte loro letta a questo Conseglio ha inteso, della qual avendo l'Orator suo supplicata la confermazione, non si deve in così giusta, e necessaria provisione mancar di esaudir la dimanda sua, però*

*L'anderà Parte, che per autorità di questo Conseglio la sopraddetta Parte sia laudata, & confirmata* in omnibus, *come la giace, con questa condizione, che secondo che 'l creditore averà la prima fiata eletto, o formento, o danari, così sia obbligato ogn'anno il livellario a pagarli, non possendo nell'avvenire farsi simili livelli, se non nella forma soprascritta, cioè in rason di ducati sei per cento, o vero de' minali dodeci per ogni cento ducati: e se alcun livello, che da qua innanti si facesse, eccederà la quantità sopraddetta, possa e debba per gli Giudici competenti ad ogni richiesta del gravato esser tagliato, e ridotto nel modo detto di sopra, quantunque il livellario avesse espressamente renunziato il beneficio della Parte; e tutto quello ch' egli averà pagato più de' minali dodeci di formento, o vero delli ducati sei per cento ogn'anno, dal tempo del contratto fino alla sentenzia, cieda a diminuzione del capitale, e così si debba inviolabilmente osservare, ed esequire.*

Tenor autem Partis captæ in Consilio spectabilis Communitatis Coloniæ est infrascriptus.

1552. *Die* 10. *Augusti*.

*L'anderà Parte posta per il Magnifico M. lo Podestà, che li livelli fatti a danari dal* 1520. *in qua per cadauna sorte di persone, sì foresliere, come terriere, siano redutti* de cætero *a ducati sei per cento, o vero a pagar minali dodeci di formento per detti ducati cento,* cum hoc, *che li patroni delli livelli abbino libertade in termine di mese uno prossimo a deliberar, e far elezion, se vorranno scuoder detti minali dodeci, o vero gli ducati sei, e che sia mandata la presente Parte a confirmare all' Illustrissima Signoria.*

Quare auctoritate supradicti Consilii mandamus vobis, ut supradictam Partem observetis, & ab omnibus inviolabiliter observari, & in actis registrari faciatis.

Datæ in nostro Ducali Palatio die 14. Maii, Indictione undecima. M D LIII.

*Quod livella de cætero fiant in ratione ducatorum sex pro centenario.*

## CAPUT LXXIII.

NICOLAUS de Ponte Dei Gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus & sapientibus viris Nicolao Molino, de suo mandato Potestati Coloniæ, & successoribus fidelibus dilectis salutem, & dilectionis affectum. Significamus vobis, hodie in Consilio nostro Rogatorum captam fuisse Partem tenoris infrascripti, videlicet;

*Che attese le oneste, & ragionevoli cause contenute nella supplicazione della spettabil' e fidelissima Comunità nostra di Cologna, e quanto sopra d'essa ha risposo il Nobil Homo Sier Nicolò da Molin, al presente Podestà della detta Terra, sia per autorità di questo Conseglio approbata, e confirmata, come sta e giace, la Parte presa a' 19. Zugno passato nel Conseglio d'essa Comunità, per la quale è disposto, che tutti li livelli che si faranno nell' avvenire con danari per qualunque persona, sia chi esser si voglia, sopra fondi, o vero altri beni, posti nella Terra di Cologna, e territorio suo, ancorchè li instrumenti fossero fatti altrove, e in qual città, o luogo si sia, non possano esser fatti più a formento, ma a danari, e non per maggior summa, che a ducati sei per cento da Lire 6. soldi 4. per ducato a ragion d'anno; e ogni livello, che si facesse nell'avvenire, eccedendo questa summa, possa e debba per la Giustizia a richiesta del gravato esser tagliato, e ridotto nel modo sopraddetto, se ben il livellario avesse renunziato il beneficio della Parte suddetta, e tutto quello, che avesse pagato di più delli ducati sei per cento ogn' anno, dal tempo del contratto fino alla sentenzia, vada a diminuzione del cavedale, sì che essa Parte sia, e debba per l'avvenire essere inviolabilmente esequita.* Quare auctoritate supradicti Consilii mandamus vobis, ut suprascriptam Partem observetis, & ab omnibus inviolabiliter observari, in actisq; istius Cancellariæ registrari faciatis, & in locis solitis publicari.

Datæ in nostro Ducali Palatio die 29. Septembris, Indictione duodecima. 1583.

De

*De imbreviaturis Notariorum absentium relevandis.*

## CAPUT LXXIV.

SI quis Notarius bonæ famæ, & conditionis fecisset aliquam imbreviaturam alicujus contractus, seu ultimæ voluntatis, quæ posset reduci ad publicam formam, & ipse Notarius fuerit absens a Terra Coloniæ, nec speraretur de proximo rediturus, & maxime, quia citatus non venerit ad ipsam imbreviaturam in publicam formam reducendam, vel sit inutilis factus, quominus dictam suam imbreviaturam relevare & authenticare possit, tunc ad petitionem eorum, quorum interest, citatis illis, quos res tangit, seu qui lædi possunt ex relevatione ipsius imbreviaturæ, auctoritate Potestatis, vel ejus delegati possit ipsa imbreviatura relevari, & in publicam formam reduci per duos Notarios de Colonia fide dignos, quorum unus scribat, & alter se subscribat. cui imbreviaturæ sic relevatæ, & auctorizatæ plena fides adhiberi debeat, ac si per ipsum Tabellionem, qui eam scripsit foret auctorizata. Statuimus etiam, quod omnia instrumenta reducta in publicam formam per aliquem bonum, & legalem Notarium Terræ & Potestariæ Coloniæ, & per aliquem Notarium subscripta, modo quo in proximo Statuto dictum est, ex imbreviaturis cujuscunque Notarii defuncti fidelis, ex præcepto, & auctoritate Potestatis firma, & rata debeant observari, & eis plena fides adhiberi perinde, ac si facta forent per Tabellionem, qui dictam imbreviaturam fecisset, & hoc locum habeat, primo citatis iis quorum interest, aliter autem eis non præjudicet. idem intelligatur per omnia de instrumentis publicis, quæ exemplantur per aliquem Tabellionem, qui scribat exemplum, & alius se subscribat auctoritate Potestatis propter vetustatem instrumenti, vel ex alia causa; & talibus instrumentis sic exemplatis, & subscriptis plena fides adhibeatur.

*Nullus qui non sit originarius, vel non attenderit factiones, possit facere instrumenta publica: & de instrumentis registrandis.*

## CAPUT LXXV.

VOLUMUS, quod nulla persona, quæ non sit originaria de Terra Coloniæ, vel quæ saltem non attenderit factiones cum dicta Terra, seu Potestaria, juxta formam Statuti infra positi, & quæ non fuerit approbata, non possit, nec valeat aliquod conficere instru-

 men-

mentum alicujus conditionis, sub pœna quinquaginta librarum, & invaliditatis ipso Jure dictorum instrumentorum. debeant tamen instrumenta facienda etiam registrari, prout per Capitula ab Illustrissimo Dominio Collegio Notariorum concessa, dispositum est.

*Quod Notarii in instrumentis, & scripturis publicis non ponant literam portantem numerum, & ponant imbreviaturas in protocollo.*

## CAPUT LXXVI.

STATUIMUS, quod nullus Tabellio ponere debeat in aliquo instrumento alicujus contractus, vel scriptura publica, aliquam literam, quæ levet, seu importet numerum alicujus quantitatis, seu speciei, vel annorum Domini, sed per seriem literarum scribere debeat; & qui contrafecerit puniatur per quemlibet, & qualibet vice in vigintiquinque libris. & quilibet Tabellio Coloniæ, & ejus districtus teneatur ponere imbreviaturas continuas de quolibet contractu, quem fecerit in quaterno, seu protocollo, salvis in reliquis capitulis Notariorum.

*Quod scribatur in ratione monetæ Venetæ.*

## CAPUT LXXVII.

STATUIMUS, ad evitanda æquivoca, quæ plerumque nascuntur ad damnum, & præjudicium pauperum personarum, & idiotarum, propter scripturas, quæ fiunt in ratione monetæ Veronensis, & præcipue a mercatoribus super eorum libris, quod de cætero nulla persona cujuscunque conditionis, sive sit mercator, sive exercens aliquod publicum, aut privatum, non scribat, nec teneat rationem super libris, & scripturis ad morem Veronensem, sed ad rationem, ac juxta stilum Civitatis Venetiarum, nec aliter, nec alio modo.

*De præscriptionibus.*

## CAPUT LXXVIII.

QUIA vigilantibus, & non dormientibus Jura subveniunt, & ut homines non sint pigri in petenda debita sua, & etiam quia non semper bulletæ, seu chartæ solutionum factarum per debitores habentur, eapropter ordinamus, quod si quis creditor de cætero ste-

ſteterit per decem annos, quod debitum ſuum non petierit, amplius non audiatur, & præſumatur ſibi ſolutum fore, & ſufficiat tunc allegare decennii præſcriptionem. & hoc habeat locum in quocunque debito, ſive fuerit de eo inſtrumentum, ſive charta, ſive non, exceptis creditis mercatorum, & quorumcunque tenentium apothecas, quorum creditis, & libris de cætero non adhibeatur fides, niſi a quinquennio infra. in fictis vero, partibus, decimis, & quibuſcunque debitis provenientibus ex rebus immobilibus, ideſt poſſeſſionibus, ſeu domibus, & terris, & aliis ſimilibus, & in debitis ex ſocidis quorumcunque animalium currat præſcriptio legalis ſolummodo triginta ãnorum; nec etiam habeat locum præſens Statutũ in dotibus, ſeu donationibus propter nuptias repetendis, ſeu petendis, nec etiam in minoribus vigintiquinque annis, & abſentibus juſta de cauſa.

*Quod per triginta annos acquiratur via per alienum fundum.*

## CAPUT LXXIX.

QUI per alienum fundum quiete, domino ſciente, vel ejus laboratore, & non contradicente per triginta ierit annos, ſi aliunde non haberet viam, per quam ire poſſet commode, intelligatur ipſum habere inde viam, & ordinem quo uſus fuerit. & ſi aliquis poteſt ire ad poſſeſſiones quas tenet, vel ad aquam percipiendam per ſtratam publicam, vel vicinalem, tunc non debeat ire per poſſeſſiones alienas, vel domos, pœna ſexaginta ſoldorum pro qualibet vice.

*Proximus vicinus cogatur vendere viam per agrum ſuum vicino.*

## CAPUT LXXX.

STATUIMUS, quod proximus vicinus, vel vicini compellantur, & cogi poſſint per Poteſtatem vendere viam ei, qui non habuerit viam eundi ad ejus fundum, ſive eam ponere ad petitionem ejus per eum locum, per quem melius, & utilius, & cum modico damno vicini, prout Poteſtati videbitur, habita informatione a perſonis convicinis illi loco. & ſi partes ſe concordare non poſſent de pretio, tunc eligantur duo communes amici, qui ſi ſe concordare non poſſent, tertius eligatur per Poteſtatem.

FINIS LIBRI PRIMI.

STA-



# STATUTORUM COMMUNITATIS COLONIÆ

## LIBER SECUNDUS.

*Qui testamenta facere possunt.*

### CAPUT PRIMUM.



OLUMUS, & ordinamus, quod quælibet persona, sive masculus, sive fœmina testamentum facere possit, nisi prohibita reperiretur. prohibentur autem filii familias, idest in potestate patris, avi, vel proavi existentes, qui testari nequeunt, nisi de castrensibus, vel quasi, vel adventitiis, & proprietate adventitiorum ad pias causas. prohibetur etiam masculus minor sexdecim annis; fœmina autem minor quatuordecim similiter prohibetur. item furiosus; item servus; item ille, cui bonis est interdictum; item de statu suo incertus; item monachus; item mutus, nisi scribere sciat, & possit.

*Quemadmodum testamneta fiant.*

### CAPUT II.

STATUIMUS, & ordinamus, quod in quolibet testamento esse debeant septem testes masculi, & idonei rogati, & non fato transeuntes. debeat etiam dictum testamentum continere hæredis institutionem; &, ut valeat, debeat in eo filius ipsius testatoris unus, vel plures

plures, si habuerit, institui, vel exhæredari, vel saltem sibi legitima quoquo relicti titulo relinqui. si autem minus legitima portione relictum fuerit, vel in minus legitima portione institutus, possit non obstante quacunque testatoris prohibitione, ad supplementum legitimæ agere, & habeat locum non solum in filio, sed etiam in omnibus descendentibus per lineam masculinam, primum locum tenentibus succedendi ab intestato tempore mortis testatoris. si autem inter liberos, vel ad pias causas testamentum fecerint, etiam solum coram duobus testibus, valeat, & teneat. si vero testamentum ruri factum fuerit, quinque testes sufficiant.

*De codicillis ordinandis, & quemadmodum fiant.*

## CAPUT III.

STATUIMUS, & ordinamus, quod quælibet persona, quæ testamenta facere potest, possit etiam & codicillos facere, sive fuerit testamentum, sive non. debeant tamen fieri codicilli coram quinque testibus rogatis, & idoneis, & non paucioribus, nisi inter liberos, vel ad pias. non tamen hæreditas dari possit in dictis codicillis, vel aliquis hæres in totum, vel pro parte institui.

*Qualiter filii, & filiæ, & alii descendentes parentibus, & aliis ascendentibus ex testamento succedant.*

## CAPUT IV.

STATUIMUS, & ordinamus, quod patri decedenti, vel matri solemne condito testamento, filius, vel filia non dotata, prout pater in ejus testamento ordinavit, succedant, dummodo legitimam eis jure naturæ debitam in dicto testamento reliquerit, videlicet, si fuerint usque ad numerum quatuor liberorum, tertia pars ejus, quod habituri fuissent ab intestato, si a quatuor liberis supra, dimidia ejus, quod habituri fuissent ab intestato; & si minus dicta legitima in dicto testamento relictum fuerit, tunc valeat testamentum, si est aliquid sibi relictum; possit tamen dictus filius, vel filia non dotata ad supplementum agere, non obstante quacunque patris prohibitione. Si vero filio, vel filiæ non dotatæ nihil relictum fuerit in dicto testamento, tunc dictum testamentum sit ipso Jure nullum, & locus sit successoribus ab intestato, quo casu filia cum fratribus succedat, ut in proximo Statuto cavetur. Si vero filius, vel filia non dotata, fuisset in dicto testamento exhæredatus, vel exhæ-

redata, expressa aliqua ex quatuordecim causis in Jure expressis, & vera, testamentum valeat, nec filius quicquam petere possit. & quod dictum est in filiis, & filiabus, idem statutum intelligatur in nepotibus, & pronepotibus, & proneptibus, per lineam masculinam descendentibus, tenentibus primum locum succedendi ab intestato tempore mortis testatoris.

*Qualiter filii masculi cum nepotibus succedant, non facto testamento, & qualiter nepotes soli.*

## CAPUT V.

SICUT justum, & omni congruum rationi putamus, ut voluntates ultimæ morientium serventur, ita justissimum credimus fore, ut circa bona eorum, qui sine testamento moriuntur, ultra casus, de quibus supra in aliis statutis dictum est, disponamus. Statuimus itaq; cum quis moritur non facto testamento, si filios masculos solummodo reliquit, illi æqualiter veniant ad successionem. si autem supersint filii, & nepotes ex filio, vel ex filiis, isti taliter succedant; videlicet, Quod omnes illi nepotes fratres tantum habeant, quantum quilibet filiorum defuncti: nam illi nepotes sunt in loco patris sui, & sic, quamvis sint plures, unius tantummodo locum teneant; & illam partem, quam illi nepotes habuerint, dividant æqualiter inter se. Si vero defunctus relinquit solum nepotes, tunc illi nepotes succedant avo. Si vero nepotes ex pluribus filiis natis reliquit, tunc habeant tantum nati ex uno filio, quamvis sint pauciores, quantum nati ex alio filio, etiam si sint plures. Sed si quis filius fuerit divisus a patre, vel aliquis nepos fuerit divisus ab avo, tunc talis filius, vel nepos tanto minus habeat de bonis paternis, vel avi, quantum habuerit a patre, vel avo quando divisus fuerit, vel separatus ab eo. Similiter, si quis filius, vel nepos habuerit uxorem cum dote, prius habeat illam dotem de bonis communibus totam, & integram, ultra partem suam.

*Qualiter filii masculi cum fœminis non dotatis succedant ascendentibus, ab intestato decedentibus.*

## CAPUT VI.

STATUIMUS, quod si pater, vel mater, vel alii per utranque lineam ascendentes decesserint, nullo condito testamento, aut alia ultima voluntate, & nullo legato, vel fideicommisso, relictis filiabus, vel aliis descendentibus ex filiabus, & ipsis non dotatis ab aliquo ex prædictis, tunc divisio bonorum, & hæreditatis prædictorum parentum fiat hoc modo, videlicet, Quod si fuerit unus frater, & una soror, quod frater habeat tres partes, & soror quartam partem prædictorum bonorum. si vero fuerit unus frater, & duo sorores, frater habeat duas partes, & dictæ sorores tertiam partem. si vero fuerit unus frater, & tres sorores, vel ab inde supra, frater habeat medietatem, & dictæ sorores aliam medietatem. si vero fuerint duo fratres, vel ab inde supra, quotcunque sint sorores, quilibet frater habeat duplum ejus, quod habebit quælibet soror prædictorum. & quod dictum est de fratribus, & sororibus, observetur etiam in nepotibus, neptibus, & quibuscunque aliis descendentibus; & fœmina dotata etiam intelligatur, si dos fuerit promissa, aut alio modo relicta. & si qua mulier steterit in matrimonio per decem annos, & non petierit in judicio, vel extra, se dotari, præsumatur dotata a patre, vel fratribus, vel ascendentibus, & amplius non possit petere, se dotari, nec aliquam partem hæreditatis in bonis prædictorum petere. possit tamen filia dotata consequi omne id, quod pater, vel mater in ejus testamento, vel codicillis ei reliquerit. & quod dictum est in filiabus dotatis, idem statuimus in neptibus, aut proneptibus ex linea masculina descendentibus, primum locum successionis ab intestato tempore mortis testatoris, aut defuncti tenentibus.

*De ingressis Monasterium.*

## CAPUT VII.

STATUIMUS, quod si quis filius, filii, vel filia ingrediatur Monasterium, & ibi fecerit professionem vere, vel præsumptive, nihil habere debeat de bonis paternis, vel maternis, vel aliorum propinquorum suorum.

Qua-

*Qualiter pater, vel mater filiis succedant, non facto testamento.*

## CAPUT VIII.

STATUIMUS, & ordinamus, quod filiis, vel filiabus emancipatis, vel in potestate, sive filiis, vel nepotibus, vel aliis descendentibus per lineam masculiná ab intestato decedentibus, solus pater cum fratribus, & sororibus dicti defuncti utrinq; conjunctis, vel saltem ex latere patris tantum, succedant in bonis undecunque quæsitis, præterquam a matre, vel materna linea; quia tunc in illis pariter succedat cum matre, si extat, vel cum avo materno, vel avia materna, si avus non extaret, & cum fratribus, & sororibus dicti defuncti, vel defunctæ utrinque conjunctis; declarando tamen, quod sorores dimidiam minus habeant, quam fratres masculi, prout in hæreditatibus ascendentium ab intestato decedentium supra statutum est. & si ex uno fratre, vel pluribus extarent filii, illi admittantur cum avo, & patruis ad successionem in stirpem.

*Qualiter pater, vel mater filiis succedant ex testamento.*

## CAPUT IX.

STATUIMUS, quod si quis filius, vel filia testatus decederet, vel quia emancipatus foret, vel bona castrensia haberet, vel quasi; tunc ejus voluntas servetur, dummodo, si emancipatus foret, patri, & matri, vel avo paterno, & materno, patre, & matre non extante, legitimam portionem quoquo relicti titulo relinquat; & si minus legitima portione eis relictum sit, tunc agere possint ad supplementum. si autem præteriti essent, testamenta ipso Jure non valeant, & locus sit successioni ab intestato. & quod dictum est de filiis primi gradus, idem dicimus de filiis secundi, vel tertii gradus.

*De successione agnatorum transversalium.*

## CAPUT X.

SUCCESSIONI Masculinæ favere volentes, quæ prosapies, & familiarum nomen conservat, statuimus, Quod si aliquis sine descendentibus legitimis decederet, & sine patre, vel avo paterno, vel alio ascendente per lineam masculinam, tunc ab intestato succedant fratres masculi dicti defuncti; & si extarent filii fratrum masculi, tunc ipsi in stirpem, & non in capita una cum patruis ad successionem defuncti admittantur, qui filii etiam subintrent locum patris in hæ-

reditate omnium aliorum tranſverſalium, & cum patruis admittantur; mater autem, vel avus maternus, matre non exiſtente, legitimam portionem tantum habere debeat, & non ultra. Si vero talis defunctus decedat ſine fratribus, vel eorum filiis, ſed cum ſorore, vel ſororibus, aut ejus, vel earum filiis, & cum patruo, vel patruis, vel aliis agnatis maſculis, tunc talis ſoror, & ſorores, vel earum liberi in ſtirpem admittantur ad ſucceſſionem cum prædictis maſculis, ſalva inter eos gradus prærogativa; ita tamen, quod fœminæ habeant dimidium minus, quam habeat quilibet ex maſculis; ſalva tamen in omni caſu ſemper legitima matri, vel avo materno, matre non extante, eis proveniente.

*Quod pater habeat uſumfructum bonorum relictorum filio.*

## CAPUT XI.

SI aliqua perſona legaverit, aut reliquerit in teſtamento aliqua bona filio, vel filiis familias, volumus, quod ipſa bona relicta ſint ipſorum filiorum; ita tamen, quod pater quandiu vivat, habeat uſumfructum illorum bonorum, & lucrum ex eis proveniens, & penes ſe ea retineat. Idem, quando aliqua bona eiſdem filiis a quibuſcunque donantur, niſi talia bona legantur, vel donantur cum ea conditione, quod pater eorum uſumfructum non habeat, quo caſu eiſdem filiis pleno jure ſpectent, & pertineant.

*Mortua muliere in matrimonio ſine filiis, maritus lucretur dimidiam dotis, & quid faciendum quando maritus prædeceſſit uxorem.*

## CAPUT XII.

MORTUA muliere dotata in matrimonio ſine filiis ex ſe, & marito ſuo natis, ſupervivente ipſo marito ſuo, decernimus, quod idem maritus ſuus lucretur dimidietatem dotis ſibi datæ, vel promiſſæ, & aliam dimidietatem reſtituat hæredibus ipſius mulieris. ſi tamen mulier decedens, ex primo marito filios reliquerit, tunc maritus ſecundus nullum lucrum conſequatur. Si vero mortua ſit, relictis poſt ſe filiis ex ſe, & marito ſuo natis, tunc tales filii ſint hæredes matris ſuæ, & pater donec vixerit uſumfructum provenientem habeat. Si vero maritus prædecedat ante uxorem ſuam, tunc uxor integram dotem conſequatur ab hæredibus mariti ſui, & nihil ultra dotem, & donationem propter nuptias, ſi extaret, hæredes mariti reſti-

reſtituere teneantur, niſi annulos cum quibus deſponſata fuerit, vel valorem eorum, ſi non reperiantur, ac veſtem lugubrem, pactis dotalibus in contrarium factis non obſtantibus; ſalvo, quod per hoc Statutum non tollatur, quod maritus, & uxor poſſint in teſtamentis ad libitum ſuum ſibi relinquere, & providere.

*Relictum marito per vxorem debeat trahi de dote reddenda.*

## CAPUT XIII.

SI vxor in teſtamento ſuo reliquit aliquam quantitatem pecuniæ marito ſuo, volumus, quod maritus non teneatur reſtituere dotem pro illa quantitate, ſed tantam partem de dote reſtituenda in caſu, quo reſtitui debeat, ſecundum formam Statuti ſupraſcripti, quod incipit, *Mortua muliere*, debeat, & poſſit penes ſe retinere, & reſiduum, ſi quod erit, reddat hæredibus vxoris ſuæ. Item ſtatuimus, quod ſi qua mulier viro per matrimonium copulabitur, nulla dote conſtituta, & dicta mulier habeat, ſeu poſſideat aliqua bona, res, vel jura, quod illa omnia intelligantur, & ſint dotalia, & in dotem data per dictam mulierem dicto ſuo marito, ita & taliter, quod omnia Jura, & ordinamenta Communis Coloniæ, loquentia de vera dote, locum habeant in dote, & bonis, rebus, ſive juribus ſupraſcriptis perinde, ac ſi per donationem, vel promiſſionem in dote data, ſive conſtituta forent.

FINIS LIBRI SECUNDI.



STA-



# STATUTORUM COMMUNITATIS COLONIÆ

## LIBER TERTIUS.

*De maleficiis puniendis, & damnis datis, & extraordinariis.*

### CAPUT PRIMUM.



Um ex rigore Justitiæ excessus emendare, & punire maleficia sit merito injunctæ nobis solicitudinis, ad hoc efficiendum tanto studiosius intendere volumus, quanto de vitiorum correctione tota patria laudabiliter prædicatur, quæ improbis est purganda viris.

*De modo, & ordine procedendi super maleficiis.*

### CAPUT II.

DE quolibet maleficio possit procedi per accusationem; & accusatore non comparente, procedatur per denuntiationem; & denuntiatore non comparente in termino statuto, & assignato, procedatur per inquisitionem ex officio Potestatis: & una ex istis viis electa, & inchoata per Potestatem, alia non admittatur, sed super ea usque ad finem fiat prosecutio. Cum autem plures simul, & eodem tempore concurrerent, tunc primum admittatur accusator, deinde denun-

denuntiator, & ultimo in ſubſidium per inquiſitionem procedatur.

*In qualibet accuſa ſit declarandus locus, annus, & menſis.*

### CAPUT III.

ITEM ſtatuimus, quod ſi aliquis facere voluerit aliquam accuſationem, ſeu denuntiationem de aliqua injuria, ſeu offenſione ſibi facta, debeat in ipſa accuſatione, ſeu denuntiatione declarare locum, annum, & menſem, quibus dicta injuria, ſeu offenſa facta fuerit.

*Maſſarii Terrarum faciant denuntiationes maleficiorum factorum ſub eorum cuſtodia.*

### CAPUT IV.

ITEM ſtatuimus, quod maſſarii Terræ, & villarum Coloniæ teneantur, & debeant denuntiare Domino Poteſtati Coloniæ homicidia, rixas, & vulnera, ex quibus ſanguis exierit, & alia maleficia quæ fient in dictis Terra, & villis Coloniæ, & in earum pertinentiis infra tertiam diem, ex quo commiſſa fuerint, ſub pœna centum ſoldorum pro quolibet contrafaciente.

*De vulneratis denunciandis per Medicos Chirurgiæ.*

### CAPUT V.

MEDICI Chirurgiæ teneantur, & debeant omnes perſonas denuntiare, quas ipſi medicant occaſione vulnerum infra duos, vel tres dies, poſtquam incæperint medicare, in, & ſub pœna vigintiquinque librarum pro quoque & quaque vice; & de hoc quilibet ſit accuſator, & habeat medietatem banni, & teneatur in credentia, & tunc dicti Medici teneantur declarare, an vulneratus ſit in periculo, vel ne.

*De remissionibus accusationum.*

CAPUT VI.

STATUIMUS, quod quilibet accusator possit accusationem remittere, quam fecerit accusato, & ipsa remissione facta, & scripta, Potestas non possit procedere contra accusatum vigore dictæ accusæ, si pœna non excedat quinquaginta libras denariorum.

*De citato ex causa maleficii non comparente.*

CAPUT VII.

NE inobedientes gaudeant de sua contumacia, sed de sua temeritate condigna pœna afficiantur, ordinamus, quod quicunque fuerit requisitus, seu citatus pro maleficio levi, seu in casibus, in quibus pœna sanguinis, vel personæ non esset ingerenda, & infra terminum assignatum non comparuerit, talis ratione solius suæ contumaciæ habeatur pro confesso.

*De proclamandis, & ponendis ad torturam.*

CAPUT VIII.

STATUIMUS, quod Potestas neminem proclamare, nec item ad torturam ponere possit pro aliquo crimine, nisi contra imputatum sufficientia habuerit indicia ad proclamandum, & torturandum, & nisi foret causa proditionis, aut criminis læsæ majestatis, qui casus arbitrio Potestatis relinquantur.

*Quod propter confessionem remittatur quarta pars condemnationis.*

CAPUT IX.

STATUIMUS etiam, quod si accusatus confiteatur accusam, ex qua accusa pœna sit pecuniaria, tunc propter ejus confessionem quarta pars pœnæ & condemnationis remittatur, & remissa intelligatur. Similiter & si pax facta fuerit inter accusatorem, & accusatum, de qua pace constet Potestati, remittatur accusato quarta pars condemnationis, dummodo pax facta fuerit ante condemnationem.

*In quibus casibus satisdatio excusat a carceribus.*

## CAPUT X.

ITEM statuimus, quod si aliquis fuerit accusatus, seu denunciatus, aut inquisitio contra eum facta fuerit, & ipse compareat, & velit satisdare, si pœna venit ex illo crimine personaliter imponenda, nullo modo possit evadere, quin ponatur in carceribus. si vero ex maleficiis pœna pecuniaria solum veniat imponenda, tunc si paratus est idonee fidejubere, seu plegiariam dare, & dederit, non ponatur in carceribus, sed defensio sua audiatur.

*De balsphemantibus Deum & Sanctos.*

## CAPUT XI.

NEFANDISSIMUM, & turpissimum est, ut creatura contra Creatorem suum cervicem erigere, & verba inhonesta proferre audiatur; ideo statuimus, ut si quem blasphemare Deum contigerit, vel ejus Matrem, vel Sanctos, puniatur juxta formam legum, & decretorum Serenissimi Dominii.

*De rebellibus & bannitis, quod possint impune offendi.*

## CAPUT XII.

REBELLES Serenissimi Dominii, & banniti de Potestaria Coloniæ possint impune offendi, & occidi, juxta formam legum Serenissimi Dominii.

*De pœna acceptantium bannitos.*

## CAPUT XIII.

STATUIMUS, quod nulla persona cujuscunque conditionis existat, audeat, vel præsumat scienter tenere, seu recipere domi suæ per diem aliquam personam bannitam de Communi, & districtu Coloniæ pro aliquo maleficio, sub pœna contenta in legibus, & decretis Consilii nostri X.

De

*De pœna acceptantium malefactores.*

## CAPUT XIV.

STATUIMUS, quod si quis malefactor aufugerit in domum habitationis alicujus, & ab eo fuerit fraudulenter, & malitiose receptus, sive occultatus, quod ille, qui talem malefactorem sic acceptaverit, teneatur ipsum malefactorem præsentare Potestati, pœna, & arbitrio Potestatis. similiter puniatur quicunque dederit malefactori consilium, alimenta, sive favorem.

*De verbis injuriosis.*

## CAPUT XV.

SI quis alicui dixerit verba injuriosa, puniatur, si fuerit masculus, in quadraginta solidis, & mulier in viginti solidis. in præsentia autem Potestatis dicta verba injuriosa in duplum puniantur, & plus, & minus ad arbitrium Potestatis, inspecta qualitate verborum, & conditione personarum.

*De pœna insultus.*

## CAPUT XVI.

STATUIMUS, quod si quis de die, aut de nocte, solus, vel sociatus cum aliis, fecerit insultum cum armis, & sine armis contra aliquem, ad ejus domum, vel alibi, puniatur in centum solidis, & plus arbitrio Potestatis, inspecta qualitate facti, & conditione personarum, & loci.

*De pœnis pro percussionibus, & vulneribus.*

## CAPUT XVII.

POENA debet cum delicto mensurari, & ideo declarantes statuimus, quod si quis percusserit aliquem cum arma vetita, & sanguis ex tali percussione exierit, condemnetur pro quolibet vulnere sanguinolenter in libris vigintiquinque paruorum. Si vero cum baculo, aut lapide, sive alio modo percusserit, & sanguis exierit, tunc condemnetur in decem libris. Item si quis percusserit alium sine sanguine, tunc ex tali percussione condemnetur in quinque libris par-

vorum. & ſi prædictæ percuſſiones, & vulnera facta fuerint de nocte, ideſt poſt occaſum Solis in palatio, ſeu platea, tunc quælibet poena duplicetur. & ille, qui vulneraverit, ſeu percuſſerit aliquem, teneatur ſolvere omnes expenſas Medici, & medicinas factas pro ſanando ipſum vulneratum, & expenſas ſcripturarum factarum cauſa dicti maleficii, de quibus expenſis ſtetur ſacramento ipſius vulnerati, ſi aliter probari non poterit. Quæ omnes pœnæ poſſint augeri, & minui per Poteſtatem arbitrio ſuo, inſpecta qualitate facti, conditine perſonarum, & cauſa.

*Qui membrum alicujus abſciderit, vel inutile fecerit, quomodo puniatur.*

## CAPUT XVIII.

STATUIMUS, quod qui membrum, vel partem membri alicujus abſciderit, & penitus inutile fecerit, puniatur realiter, & perſonaliter arbitrio Domini Poteſtatis.

*De pœna homicidii.*

## CAPUT XIX.

PRo bono, & pacifico ſtatu Communis Coloniæ, ſtatuimus, quod ſi quis de cætero occiderit maſculum, vel fœminam cujuſcunque conditionis, non tamen rebellem Sereniſſimæ Dominationis noſtræ, nec bānitum de Poteſtaria Coloniæ, nec aliquem repertum in domo ſua de nocte furantem, vel cum uxore, nuru, matre, filia, vel ſorore male converſantem, tunc talis in capitis amiſſione condemnetur, & ei caput amputetur. & ſi quis aliquo caſu non præmeditato, ſed fortuito aliquem occiderit, tunc arbitrio Poteſtatis, inſpecta qualitate facti, & perſonarum puniatur, qui Poteſtas poſſit etiam, ſi ſibi videbitur, ipſum abſolvere, quia in maleficiis animus malefacientis ſemper inſpicitur.

De

*De adulteriis, & aliis libidinosis actibus, & pœnis eorum.*

## CAPUT XX.

ORDINAMUS, si quis cognoverit carnaliter aliquam mulierem habentem maritum de voluntate ipsius mulieris, & non per violentiam, puniatur in trecentis libris paruorum, & ad standum annum in carceribus Communis Coloniæ, & plus, & minus arbitrio Potestatis, inspecta conditione, & qualitate personarum; & mulier ipsa condemnetur marito in amissione dotis, quæ deveniat ipsi marito, & suis filiis; & in Monasterium, vel non extantibus Monasteriis monialium, in carcerem detrudatur pro tempore arbitrio Potestatis; & si non habeat dotem, & haberet aliunde bona, condemnetur in amissione bonorum, marito, & filiis applicandorum, & plus, & minus arbitrio Potestatis; & insuper ad standum in Monasterium, vel carcerem ut supra. Item si aliquis commiserit stuprum cum aliqua muliere honestæ vitæ, & bonæ conditionis, & famæ, volente, & consentiente, sive voluntate suorum propinquorum, in quorum domo habitaverit, condemnetur in trecentis libris denariorum paruorum, & ad standum in carceribus per unum annum. Et si quis aliquam mulierem virginem, viduam, vel nuptam, honestæ vitæ, bonæ conditionis, & famæ, violenter abduxerit, rapuerit, vel carnaliter cognoverit per vim, capite puniatur, & pari pœna teneantur fautores, auxilium & consilium præstantes malefactoribus prædictis ad prædicta committenda. Si vero quis incestum commiserit cum aliqua muliere de ascendentibus, vel descendentibus, sorore, sororis filia, vel fratris, noverca, vel uxore fratris, mares & fœminæ ultimo mortis supplicio puniantur; in aliis vero gradibus incestum committentes pœna adulterii puniantur. & hoc Statutum non habeat locum in publicis meretricibus, quas si quis per vim cognoverit, vel cognoscere carnaliter voluerit, arbitrio Potestatis puniatur; qui tamen non possit excedere summam dimidiæ suprascriptarum pœnarum, impositarum corrumpentibus honestas mulieres.

*De furtis, latrociniis, & pœnis eorum.*

## CAPUT XXI.

DE furibus ſtatuimus, ut ſi quis furtum fecerit a libris viginti-quinque, & infra, prima vice fruſtetur; & ſi a dicta ſumma uſque ad centum, fruſtetur, & bulletur. Si vero furtum fuerit a centum uſq; ad quingentas libras, uno oculo privetur. Si vero a quingentis uſque ad mille furtum fecerit, & ſemel tantum, ita quod ſit unum furtum, furcis ſuſpendatur; & ſimiliter ſi diverſis temporibus duo furta feciſſe compertus fuerit, valorem centum librarum excedentia. & ſimiliter furcis ſuſpendatur, ſi ſemel pro furto punitus ſit, aut quia fuſtigatus, aut bullatus, aut deoculatus fuerit, ſi ſecundo furaſſe compertum fuerit uſque ad ſummam quinquaginta librarum, a dicta vero ſumma infra pro dicto ſecundo furto, citra pœnam mortis, arbitrio Poteſtatis puniatur. Si vero fuerint plures inventi ad furtum faciendum, quilibet ſuſtineat talem pœnam, qualem ſuſtineret unus ſolus, ſi in furto deprehenderetur. Si vero latro, vel fur aliquis in alterius domo inventus, cum aliquo gladio defenſibili ſe defendere attentaverit, & ibi vel fugiens percuſſerit aliquem gladio, manus ei dextera abſcindatur, & inſuper exoculetur; & latro, vel fur eſſe intelligatur, qui de nocte vi, vel clam intraverit, vel de die, & non per hoſtium, etiam ſi res aliquas nondum acceperit. Item ſi aliquis repertus fuerit in domo alicujus in nocte contra domini voluntatem, vel eo ignorante, fruſtetur, & bulletur; & ſi pro eadem cauſa fuerit iterum deprehenſus, erit in conſcientia Poteſtatis, quod pro eadē cauſa fuerit verberatus, & bullatus, oculum amittat; & ſi aliquid de domo tulerit, ſecundum formam ſupraſcriptorum Statutorum inſuper puniatur. Si vero aliquis domum alterius fodientem, vel frangentem, contra domini, vel Prætoris voluntatem, vel eo ignorante inventus fuerit, perdat oculum unum, & ſi rem aliquam de domo abſtulerit, & inſuper puniatur ſecundum formam ſupraſcriptorum Statutorum. Si vero qui furtum, aut prædam ſcienter receperint, & hoc fuerit manifeſtum, aut confeſſi fuerint, aut convicti per teſtes, debeant ſicut latrones ipſi, aut prædones, puniri.

*De maleficiis ac facturis, & pœnis eorum.*

## CAPUT XXII.

STATUIMUS etiam, ut si quis vir, vel mulier alicui maleficium aliquod, vel facturam dederit manducare, vel bibere, vel fecerit aliquod, per quod perire debeat, aut amens esse, frustetur, & bulletur, si in conscientia Potestatis fuerit, ipsum maleficium, sive facturam commissam fuisse. quod si fuerit probatum per testes, vel confessionem publicum, aut manifestum fuerit, perdat oculos, vel manum ad arbitrium Potestatis. & si occasione hujus maleficii aliquis obierit, vel mentem perdiderit, suspendatur maleficus, vel comburatur, si confessus fuerit, vel convictus fuerit per testes, aut publicum, & manifestum fuerit. & similem pœnam volumus, quod sustineat ille, vel illi, qui ad hæc facienda consilium attribuerint, & modo, & ordine, ut dictum est supra in hoc Capitulo. Si vero maleficia fecerit aliquis vir, vel mulier, quæ vulgo amatoria dicuntur, aut aliqua alia, ex quibus vir aliquis, vel mulier odio habeatur, frustetur, & bulletur, & qui consilium attribuerint similem patiantur pœnam.

*De pœna falsariorum Notariorum, & testium, & producentium in judicio, & relationum.*

## CAPUT XXIII.

SI aliqua persona scienter instrumentum fecerit falsum, manus dextera ei amputari debeat, & perpetua notari infamia; & omnia instrumenta, quæ fierent per aliquem Notarium, postquam fuerit de falso condemnatus, ipso jure non valeant. Si autem aliqua persona reperta fuerit, falsum dixisse testimonium in aliqua quæstione in Terra Coloniæ coram Potestate, vel ejus delegato, seu etiam coram arbitro, seu arbitratoribus, una manus ei amputetur, & insuper dicti falsarii condemnentur ad emendationem damni illarum personarum, quibus vel ex factura falsi instrumenti, vel ex falso testimonio aliquod damnum evenerit. eadem pœna puniatur, quicunque falsum instrumentum, vel falsum testem scienter in judicio produxerit, & interrogatus, an eo uti vellet, responderit quod non, si falsum esset, nullam in poenam incurrat, sed detur terminus quinque dierum ad deliberate respondendum, si eo uti velit pro vero, & non falso; infra quem terminum respondere teneatur, & si non responderit, habeatur pro confesso, & puniatur de productione falsi instrumenti, ut supra, si falsum esse repertum fuerit; salvo, quod si falsitas evidenter

appa-

appareat, nullum terminum assignare teneatur, sed statim ipsum respondere cogere possit. & si responderit, se nolle tali instrumento, vel teste uti, tunc nec instrumento, nec testi aliqua fides detur. si autem aliquis saltuarius, vel aliquis alius officialis fecerit aliquam falsam accusationem, manifestationem, & relationem, tunc præmissa privatione, & nullitate accusationis, manifestationis, & relationis, puniatur insuper arbitrio Potestatis, & ad refectionem totius damni, & expensarum faciendarum per damnum passum.

*De pœna vetantium pignus.*

## CAPUT XXIV.

ITEM statuimus, quod quælibet persona, quæ vetaverit pignus alicui viatori, aut alio officiali Potestatis, si fuerit masculus in quinque, & foemina in tribus libris condemnetur, ac etiam quicunque condemnetur, qui alicui viatori pignus aliquod violenter accipiat, arbitrio Potestatis, attenta qualitate, & conditione præsumentis contra officiales.

*De pœna vendentis eandem rem duabus personis.*

## CAPUT XXV.

STATUIMUS, si aliqua persona de Terra, & Potestaria Coloniæ reperta fuerit vendidisse, seu aliquo modo alienasse unam eandem rem duabus diversis personis, & diverso tempore, condemnetur juxta formam legum, & decretorum Ducalium, & res remaneat penes primum emptorem, seu acquisitorem. Secundo autem emptori, seu acquisitori reddatur pretium, si solverit, & si non solverit, sit liberatus ipso jure a traditione pretii. Si vero aliquis conductor alicujus rei, sive sit livellarius, sive non, vendiderit, seu aliter alienaverit rem sibi locatam sine licentia domini, condemnetur Communi Coloniæ in vigintiquinque libris; & venditio, seu alienatio non valeat; immo talis venditor, seu alienator omni jure, quod habuisset in ipsa re, sit ipso Jure privatus.

*De pœna turbantis aliquem in possessione.*

## CAPUT XXVI.

STATUIMUS, quod nemo audeat intrare in possessionem, seu domum ab alia persona possessam sine licentia domini possidentis, causa laborandi, seu aliquid faciendi aliud in ea, sub pœna centum soldorum, & amittat laborem, & ulterius non turbet possessorem in possessione sua, & restituat fruges, si quas acceperit. eadem pœna puniatur quælibet persona, quæ prædicta fieri fecerit.

*Laborantes terras alienas non incidant arbores sine licentia domini*

## CAPUT XXVII.

ITEM quod nulla persona tenens, seu laborans aliquam terram, seu possessionem ad affictum, seu partem ab aliquo, in qua terra, seu possessione sint arbores fructiferæ, seu vineæ, audeat, vel præsumat ipsas arbores, seu vineas, seu aliquam earum incidere, devastare, seu dissipare, per se, vel alios aliquo modo, sine licentia domini, a quo tenet ipsam terram, seu possessionem, pœna, & banno decem librarum, & restituere damnum domino, cujus pœnæ dimidium sit communis Coloniæ, & stetur de damno dato sacramento domini rei, usque ad summam librarum decem denariorum.

*Ad dubitationem removendam, quid importent illa verba*, ad bene laborandum.

## CAPUT XXVIII.

AD dubitationem removendam, statuendo declaramus; quod si in instrumentis locationum factis, aut faciendis contineantur illa verba, *ad bene laborandum*, *meliorandum*, *& non pejorandum*, ex virtute istorum verborum teneatur conductor allocare, sive alloamare terras aratorias, & vineas omni anno, & arare, & zappare, & vineas bene lignamare singulis annis tot vicibus, quot expediens erit. quod si non fecerit, puniatur pro quaque vice in centum solidis Communi Coloniæ, ad reficiendum damnum, & interesse locatori.

FINIS LIBRI TERTII.



# STATUTORUM COMMUNITATIS COLONIÆ

## LIBER QUARTUS.

*De Consilio Communis Coloniæ de dandis secreto ballotis.*

### CAPUT PRIMUM.



UIA Communitas Coloniæ solet regi per Consilia sua solita, & ut rectius de cætero per sua Consilia regatur, statuimus, ut unusquisque Consiliarius pro tempore de Consilio Communitatis intus, & extra eligendus, quando Consilia reducta fuerint pro omni re tractanda, & concludenda, debeat secreto in bussolis ponere manum, & mittere ballotam secretam, sub pœna cuilibet contrafacienti privationis Consilii per decennium, in quam pœnam similiter incurrant Provisor Communitatis intus Coloniæ, & Sindicus territorii, si præsenti statuto contrafecerint, & teneatur Potestas ad omnem requisitionem Deputatorum Communis Coloniæ, pro tempore eligendorum, præsens statutum inviolabiliter exequi, & observari facere, firmis remanentibus cæteris ordinibus, in hac materia Consiliorum disponentibus, & a Serenissimo Dominio approbatis.

*De uno Provisore Communis eligendo.*

## CAPUT II.

STatuimus, quod unus civis eligatur Provisor Communis Coloniæ per scrutinium, qui sit honorabilis, & bene intelligens de regimine Terræ Coloniæ, & qui non exerceat, neque exercuerit artem mechanicam, qui sit ætatis annorum quadragintaquinque, & conditionis, ut in ordinibus Communitatis Coloniæ, quibus relatio habeatur, cujus officium duret per annum tantum, & vacare debeat per duos annos, cum salario, modis, & obligationibus in ordinibus declaratis.

*De Sindicis territorii eligendis, de eorum Consilio.*

## CAPUT III.

STatuimus, quod Sindici Communitatum ab extra, & territorii Coloniæ de cætero eligendi per massarios, & ratiocinatores dictæ suæ Communitatis debeant diligenter, & cum fidelitate eorum officium exercere, & pecunias publicas cum solicitudine exigere, secundam eorum ordinamenta; qui completo anno eorum rationes suis ratiocinatoribus reddere debeant, & quod Cancellarius dictarum Communitatum creari debeat ex civibus Terræ Coloniæ, & Notariis de Collegio,

*De Cancellario Communis eligendo.*

## CAPUT IV.

STatuimus, quod cum bona, & matura consideratione fieri debeat electio de viro pro Cancellario Communitatis intus Coloniæ, qui sit de Collegio Notariorum Coloniæ, & civis originarius, bonus, prudens, doctus, & in arte scribendi peritus, & in primis fidelis Communitatis Coloniæ; qui Cancellarius teneatur scribere omnes partes proponendas, & acta peragenda in Consiliis Communis Coloniæ, ac bene, & diligenter custodire scripturas Cancellariæ Communis, & omnia alia fideliter facere, quæ ad suum officium spectant, juxta ordinem spectabilis Communitatis.

De

*De uno Doctore Artium, & Medicinæ eligendo.*

## CAPUT V.

STATUIMUS, quod unus bonus & sufficiens Medicus, Doctor Artium, & Medicinæ eligatur per Communitatem Coloniæ cum salario competente, qui medicare debeat homines, & personas Terræ Coloniæ.

*De uno Magistro in Grammatica eligendo.*

## CAPUT VI.

ITEM eligatur unus bonus, & doctus Magister in Grammatica, qui studia legat Humanitatis, & doceat cum salario, quod Communi Coloniæ conveniens videbitur.

*De uno Magistro Abbachi eligendo.*

## CAPUT VII.

ITEM, quod bonus Magister Abbachi eligatur per Consilium, cum salario quod ei videbitur, qui doceat omnes, addiscere volentes Abbacum.

*De Massario eligendo per singula Communia villarum.*

## CAPUT VIII.

COMMUNIA villarum districtus Coloniæ singula teneantur, & debeant initio cujuslibet anni eligere unum massarium, qui bene attendat, & obediat consiliariis, & ordinibus villarum, & earum viciniis, & diligenter attendat exactioni Datiarum, & alia omnia pro beneficio suorum Communium observet. qui massarii teneantur ire, seu mittere alium substitutum cum milite, & caballariis Potestatis, quando vadunt ad accipiendum pignora debitoribus, ne per ipsos ministros fraus aliqua committatur, contra ordines sui officii; qui massarii sint, & intelligantur esse suarum Communitatum sindici, & legitimi procuratores ad lites in agendo, & defendendo.

De

*De Sancto Monte Pietatis intus, & hospitalibus Sanctæ Mariæ Misericordiæ Coloniæ, & Sancti Michaelis Baldariæ, & aliis locis piis in Terra, & territorio.*

## CAPUT IX.

CUM de anno 1554. sub prætura Viri Nob. Marini Marcello promoventis, & impensa præcessorum nostrorum, ac religione, Sanctus Mons Pietatis Communitatis intus, pro sublevatione pauperum, & egentium, Deo favente, erectus & constitutus fuerit, & ab inde citra Divina Propitiatione mirabiliter adauctus fuerit; ideo pro tanto opere diutius conservando, ac in dies magis amplificando ad honorem Dei, & sublevationem & refugium pauperum, & ad decus etiam Patriæ nostræ, statuimus, quod Potestas Coloniæ teneatur, & debeat ordines, & statuta, quæ ipsi Monti, & super ejus regimine in dicto anno, & postea sunt edita, & quæ in futurum per Commune Coloniæ pro conservatione, & augumento dicti Sancti Montis edi contigerit, faciat inviolabiliter observari; & insuper dicto Monti, sive gubernatoribus, conservatoribus, & exactoribus suis jus summarium, expeditum omni tempore, & in omnibus ejus causis ministrare, & contra debitores suos quaslibet executiones, quotiescunque requisitus fuerit, concedere, & illico fieri facere, & tandem protectoribus, & conservatoribus dicti Montis semper cum justitia, & honestate favere. Idem teneatur, & facere debeat pro locis piis, hospitalis Beatissimæ Virginis, sub titulo Misericordiæ de Colonia, & Sancti Michaelis de Baldaria, & cæteris locis piis, & in eorum causis.

*De Nundinis.*

## CAPUT X.

UT nundinæ Communitatis intus Coloniæ, a Serenissimo Dominio concessæ, in dies magis ad publicum & universale utile adaugeantur, & pauperes personæ commodius venalia emere, & familiæ suæ de rebus necessariis providere possint, statuimus, quod de cætero omnes mercatores Terræ, & burgorum Terræ Coloniæ teneantur omni anno cum suis mercimoniis venire ad nundinas prædictas temporibus debitis nundinarum, & in principio temporis usq; ad finem tenere clausas suas apothecas per dies octo, sub pœna & banno ducatorum decem pro quoque, applicandorum S. Monti Pietatis, illico auferenda; declarantes, quod tempus dictarum nundi-

dinarum incipit die xv. Septembris; & excerceantur in reliquis, prout in ordinibus, & capitulis a Sereniſſimo Dominio conceſſis.

*De æſtimo faciendo omni quinto anno, & qualiter fiat.*

## CAPUT XI.

STATUIMUS, & ordinamus, quod de quinquennio in quinquennium, ideſt omni quinto anno finito, fiat æſtimum Communitatum, & hominum Terræ, & Poteſtariæ Coloniæ, quod æſtimum deſcribatur in libris, qui libri ſtare debeant penes Cancellarium dictæ Terræ Coloniæ, & fiat æſtimum taliter taliq; modo; videlicet, Quod maſſarius illius villæ, in qua æſtimum fieri debuerit, teneatur regiſtrare facere ſuam viciniam, in qua interſint duæ partes vicinorum, qui ſint ætatis ad minus decem octo annorum, & inde ſuperius uſque ad ſeptuaginta, & ante eos eligantur ſex boni, & legales homines dictæ Terræ Coloniæ, ſcilicet duo de majoribus, & duo de minoribus, ideſt de mediocribus, & duo de minoribus; & ſex cum fuerint electi modo prædicto, incontinenti, ſi præſentes fuerint, vel die ſequenti coram Poteſtate jurare debeant, ad Sancta Dei Evangelia, bona fide, & ſine fraude facere æſtimum ſuæ Terræ, & æſtimare omnes perſonas debentes facere factiones, & omnia ſua bona mobilia, ſe moventia, & immobilia, poſſeſſiones, & jura, exceptis domibus, quas habitant, & tenent ad ſuum uſum, & familiæ ſuæ; & hoc faciant infra xv. dies continuos, nec debeant ſemetipſos æſtimare, ſed poſtea æſtimentur modo ſupraſcripto per tres æſtimatores tantum, eodem modo electos infra quinque dies; dantes licentiam dictis æſtimatoribus eligendis, quod poſſint ponere ad ſacramentum omnes perſonas, quas voluerint, pro inveniendo bona, poſſeſſiones, & jura perſonarum, quæ æſtimari debuerint, banno librarum xxv. pro quolibet, qui omnia bona ſua non manifeſtaverit; & quod omnes datiæ, quæ fuerint imponendæ, imponantur pro libra, & ſoldo æſtimi, ſecundum quod dictum æſtimum factum fuerit. & ſi quis jurando dicere veritatem dictis æſtimatoribus fuerit negligens, vel contradictor, puniatur pro qualibet vice pœna decem librarum; declarantes, quod de cætero eligantur duo idonei cives periti, qui de anno in annum deſgravare habeant perſonas vendentes, & gravare emptores, ſalvis in reliquis partibus, & decretis Spectabilis Conſilii Coloniæ.

A

*A quo tempore forenses teneantur subire factiones.*

## CAPUT XII.

ITem statuimus, quod quælibet persona, quæ venerit ad standum, & habitandum in Terra Coloniæ, & in ejus districtu, post sex menses post ejus adventum debeat facere factiones cum ea terra, in qua habitaverit, secundum quod erit facta æstimatio per commune illius loci, in quo habitaverit.

*Forenses de cætero non possint habere officium, nisi per 20. annos sustinuerint scussa, & factiones, & de districtualibus.*

## CAPUT XIII.

ITem, quod nullus forensis, qui non fecerit factiones reales, & personales cum Communitate Coloniæ per annos xx. & in ipsa Communitate per dictum tempus habitaverit, aliquod officium, aut beneficium habere, nec de Consilio dictæ Communitatis eligi possit. & si aliquis de Potestaria Coloniæ, non intelligendo de forensibus, venerit ad standum, & habitandum ad Terram Coloniæ, & ibi per annos decem continuos, & non minus, fecerit, & sustinuerit onera, & factiones, sit, & esse debeat civis Coloniæ, & habere possit, & valeat participare de omnibus officiis, & beneficiis, utilitatibus, & præeminentiis, tam de Communi Coloniæ, quam de ejus districtu, prout & quemadmodum faciunt cives, & alii habitatores Coloniæ.

*Quod forensis, qui emit, solvat datias pro re empta.*

## CAPUT XIV.

ITem, quod si aliqua persona de Colonia, vel ejus districtu vendiderit aliquam possessionem alicui forensi, talis forensis facere debeat scussa, & factiones pro illa possessione, prout ille cujus erat, respectu ejusdem, facere consueverat.

De

*De iis, qui vadunt de uno loco ad alium ad ſtandum, cum quo loco debeant facere factiones.*

## CAPUT XV.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi aliqua perſona de una villa diſtrictus Coloniæ iverit ad ſtandum ad Terram Coloniæ, vel ad aliam villam ejuſdem diſtrictus, teneatur, & debeat attendere onera, & factiones reales, & perſonales cum commune illius loci, in quo iverit ad habitandum, una cum bonis, quæ ibi acquiſiverit. Si vero adhuc reverteretur ad primum locum, tunc ibi factiones reales, & perſonales teneatur facere. teneatur tamen talis perſona diſcedens non ſolum dare notitiam de tali diſceſſu agentibus illius communis, a quo receſſerit, ſed etiam polizam bonorum ſuorum, & facultatum præſentare in termino unius menſis agentibus illius communis, cum quo iverit ad habitandum. perſonales autem factiones intelligimus, quando perſona hominis neceſſaria eſt, ut in cuſtodiis fiendis, in armatis, & in guaſtatoribus, & ſimilibus.

*De immunitate conceſſa Doctoribus Legum, & Decretalium, Medicis, & Magiſtris liberalium artium.*

## CAPUT XVI.

STATUIMUS, quod omnes Doctores Legum, & Decretalium Terræ, & diſtrictus Coloniæ, Medici, & Magiſtri liberalium artium, habere debeant immunitatem ab omnibus oneribus perſonalibus Communis Coloniæ; realia vero ſecundum eorum æſtima, prout alii cives omnino ſolvere, & ſubire teneantur, & teneantur advocare, & medelas præſtare pro pauperibus, & miſerabilibus perſonis Terræ, & burgorum, & diſtrictus Coloniæ ſine aliquo ſalario, quandocunque ab eis fuerint requiſiti.

*De iis, qui ſe defendunt ab oneribus, & factionibus perſonalibus.*

## CAPUT XVII.

OMNES famuli, qui ſteterint cum aliquo, ab oneribus, & factionibus perſonalibus excuſentur; debeant tamen pro ſuis bonis omnia onera, & factiones facere, & ſubire; & ſi habuerint uxorem, aut filios cum domo ſeparata, teneantur ad dimidium onerum, & factionum perſonalium. Item excuſentur majores ſeptuaginta annis

ab oneribus prædictis personalibus, & milites. Item habentes duodecim filios, stante eo numero, habere semper debeant immunitatem ab oneribus, & singulis oneribus, & factionibus realibus, & personalibus, prævia tamen deliberatione Consilii Rogatorum, & non aliter.

*Quod viatores Communitatum Coloniæ portent infulam, & habitent in Terra Coloniæ.*

## CAPUT XVIII.

Quod quilibet viator, electus per Consilia Communitatum Coloniæ continuo stare debeat, & habitare cum familia in Terra, & burgis Coloniæ, & portare continue debeat unam infulam, seu biretum rubeum, cum uno insigni Sancti Marci ab uno latere, & uno insigni Communis Coloniæ, sicut portant viatores Veneti. & si quis contra prædicta fecerit, seu aliquid prædictorum, puniatur in quinque libris, Communi Coloniæ applicandis.

*De officio Justitiariorum Communis.*

## CAPUT XIX.

Statuimus, & ordinamus, quod Justitiarii Communis Coloniæ ad minus bis in hebdomada, scilicet omni die Dominico, & omni die Mercurii teneantur, & debeant per Terram Coloniæ, & burgos exercere suum officium, & juste ponderare, & ponderari facere; mensurare, & mensurari facere bladum, canipum, caseum, carnes, linum, & generaliter omnia alia, quæ consueta sunt ponderari, & mensurari, cum familia Potestatis, quam requirere teneantur; & si eam habere non poterunt, nihilominus teneantur soli exercere suum officium, & eis præbeatur sacramentum ab initio sui officii de bene, & legaliter exercendo illud; & eis per omnia, & in omnibus adhibeatur plena fides. qui Justitiarii si non iverit excercendo suum officium diebus prædictis, vel etiam quando præcipitur per Potestatem Coloniæ, incidant in pœnam soldorum viginti pro quolibet, & qualibet vice. Non debeant prædicti Justitiarii bibere, vel comedere cum aliquo beccario, pistore, seu tabernario in aliquo loco, exceptis in nuptiis, & conviviis alibi factis, quam ad domos suas, & in pœna, & banno prædicto pro quolibet, & qualibet vice. & habeant prædicti Justitiarii pro suo labore tertiam partem condemnationum, quæ fient occasione suarum inventionum, & illud pondus, quod fuerit

rit repertum per eos, vel alterum eorum iniuſte ponderatum, vel menſuratum, cujuſcunque rei ſit, dum tamen non habeat ultra duas libras carnium, caſei, vel ſimilium, & ultra duas uncias confe- ctionum, vel ſimilium; & ſi aliquod dubium emergeret in futurum circa ſimilia, declaretur arbitrio Poteſtatis. Teneantur etiam prædicti Juſtitiarii, quando Poteſtati videbitur, ad extimandum ire carnes groſſas cum aliquibus bonis viris arbitrio Poteſtatis, & eorum æſtimationibus ſtetur.

*De falſis ponderibus, & menſuris.*

CAPUT XX.

AD hoc ut Juſtitiarii ſint prompti, & ſoliciti ad exercendum officium, ſtatuimus, quod quicunque utens aliqua arte publica repertus fuerit habere, vel uti aliquo falſo cupo, ſtatere, vel balantia, marco, metrite, vel vitrica, minali ligneo, vel medio minali, quarta, & quartareolo, vel alio quocunque falſo pondere, vel menſura, condemnetur in libris quinque denariorum Veronenſium paruorum pro quolibet, & qualibet vice, & plus arbitrio Poteſtatis uſque ad libras quinque paruorum, & nihilominus dictæ menſuræ falſæ, vel pondera frangantur, vel comburantur. & quilibet, qui cum vera, & juſta menſura, & pondere, menſurando, & ponderando repertus fuerit menſurare male, vel ponderaſſe, condemnetur in ſolidis viginti pro quolibet, & qualibet vice. & cavalerius Poteſtatis, qui vadit inquirendo cum Juſtitiariis Communis, teneatur dare ſacramentum portatoribus, ſeu ementibus, vel emptoribus vini, ſi ſparſerint de vino menſurato ſibi, vel ſi aliqua perſona bibit vel ſparſit, & illis credere, ſecundum quod juraverint; & interrogare ſi dicta menſura vini, vel pondus carnium, vel aliarum rerum fuerint juſte menſurata, vel ponderata per venditorem, vel ponderatorem, & nullo modo audeant prædicti portatores, ſeu ementes, vel emptores vini, vel aliarum rerum bibere, vel ſpargere, vel projicere, quando Juſtitiarii volunt illud menſurare, vel ponderare, ſub pœna prædicta ſoldorum viginti cuilibet.

*De Pistoribus, & Calamerio panis.*

## CAPUT XXI.

STATUIMUS, & ordinamus ad publicum beneficium pauperum, quod omnes personæ, quæ excercere voluerint, vel deputatæ fuerint ad faciendum panem venalem in Terra, & territorio Coloniæ, debeant facere panem bene, coctum, pulchrum, boni frumenti, ac bene sasonatum, & manutenere in platea banchetos fulcitos, & scaffas fulcitas, ita quod ab ortu Solis usque ad occasum non deficiant panes; & debeant facere panes ad pondus calamerii infrascripti, pœna, & banno pro quolibet contrafactore præmissorum, imponendis arbitrio Potestatis.

### CALAMERIUM PANIS.

*Quando il minale di formento vale soldi 32. de' piccoli, la bina di pan da 2. soldi de' piccoli deve esser onze 40. e sette ottavi, e le semole die valer quattrini 14. e due quinti il minale.*

| IL FORMENTO | | | IL PAN | | LA SEMOLA |
|---|---|---|---|---|---|
| *A sol.* | 33. | *p.* 4. *il min.,* | *on.* 39. | *tre ottavi la bina,* | *la sem. ut supra* |
| *A s.* | 34. | *p.* 8. | *on.* 38. | *un quarto* | *la sem. ut sup.* ( *to.* |
| *A s.* | 36. | | *on.* 37. | *un' ottavo* | *la sem. q.* 16. *un quin-* |
| *A s.* | 37. | *p.* 4. | *on.* 36. | | *ut sup.* |
| *A s.* | 38. | *p.* 8. | *on.* 35. | | *ut sup.* |
| *A s.* | 40. | | *on.* 34. | *un' ottavo* | *q.* 18. |
| *A s.* | 41. | *p.* 4 | *on.* 33. | *un terzo* | *ut sup.* |
| *A s.* | 42. | *p.* 8. | *on.* 32. | *due quarti* | *ut sup.* |
| *A s.* | 44. | | *on.* 31 | *due quarti* | *q.* 19. ( *quinti.* |
| *A s.* | 45. | *p.* 4. | *on.* 30. | *tre quarti* | *q.* 19. *quattro* |
| *A s.* | 46. | *p.* 8. | *on.* 30. | | *ut sup.* ( *quinti.* |
| *A s.* | 48. | | *on.* 29. | *cinque ottavi* | *q.* 21. *quattro* |
| *A s.* | 49. | *p.* 4. | *on.* 28. | *tredici ventesimi* | *ut sup.* |
| *A s.* | 50. | *p.* 8. | *on.* 28. | | *ut sup.* ( *ti.* |
| *A s.* | 52. | | *on.* 27. | *tre ottavi* | *q.* 23. *due quin-* |
| *A s.* | 53. | *p.* 4. | *on.* 26. | *tredici sedicesimi.* | *ut sup.* |
| *A s.* | 54. | *p.* 8. | *on.* 26. | *un quarto* | ( *to.* |
| *A s.* | 56. | | *on.* 26. | *un sedicesimo* | *q.* 25. *un quin-* |
| *A s.* | 57. | *p.* 4. | *on.* 24. | *dieci sedicesimi* | |
| *A s.* | 58. | *p.* 8. | *on.* 24. | *tre quarti* | |

| | | |
|---|---|---|
| A ſ. 60. | on. 24. due quarti | ſem. q. 27. |
| A ſ. 61. p. 4. | on. 23. tre quarti | |
| A ſ. 62. p. 8. | on. 23. due quarti | ( to |
| A ſ. 64. | on. 22. ſette ottavi | q. 28. un quin- |
| A ſ. 65. p. 4. | on. 22. due quarti | |
| A ſ. 66. p. 8. | on. 22. un' ottavo | ( ti. |
| A ſ. 68. | on. 21. tre quarti | q. 30. tre quin- |
| A ſ. 69. p. 4. | on. 21. tre ottavi | |
| A ſ. 70. p. 8. | on. 21. 2. | ( ti. |
| A ſ. 72. | on. 20. cinque ottavi | q. 32. due quin- |
| A ſ. 73. p. 4. | on. 20. un quarto | |
| A ſ. 74. p. 8. | on. 19. tre quarti | ( to. |
| A ſ. 76. | on. 19. undici ſedicesimi | q. 34. un quin- |
| A ſ. 77. p. 4. | on. 19. due quarti | |
| A ſ. 78. p. 8. | on. 19. un ottavo | |
| A ſ. 80. | on. 19. 2. | q. 36. |
| A ſ. 81. p. 4. | on. 18. due quarti | |
| A ſ. 82. p. 8. | on. 18. un quarto | ( quinti. |
| A ſ. 84. | on. 18. 2. | q. 37. quattro |
| A ſ. 85. p. 4. | on. 17. tre quarti | |
| A ſ. 86. p. 8. | on. 17. due quarti | (ti. |
| A ſ. 88. | on. 17. un quarto | q. 39. due quin- |
| A ſ. 89. p. 4. | on. 17. un nono | |
| A ſ. 90. p. 8. | on. 16. tre quarti | (ti. |
| A ſ. 92. | on. 16. due quarti | q. 41. due quin- |
| A ſ. 93. p. 4. | on. 16. cinque ventiduesimi | |
| A ſ. 94. p. 8. | on. 16. due tredicesimi | ( zo. |
| A ſ. 96. | on. 16. 2. | q. 43. un ter- |
| A ſ. 97. p. 4. | on. 15. tre quarti | |
| A ſ. 98. p. 8. | on. 15. cinque noni | |
| A ſ. 100. | on. 15. tre ottavi | q. 45. |
| A ſ. 101. p. 4. | on. 15. un quinto | |
| A ſ. 102. p. 8. | on. 15. 2. | ( quinti. |
| A ſ. 104. | on. 14. quattro ſettimi | q. 46. quattro |
| A ſ. 105. p. 4. | on. 14. tre ottavi | |
| A ſ. 106. p. 8. | on. 14. due ſettimi | ( ti. |
| A ſ. 108. | on. 14. un quarto | q. 48. tre quin- |
| A ſ. 109. p. 4. | on. 14. un' ottavo | |
| A ſ. 110. p. 8. | on. 14. 2. | |
| A ſ. 112. | on. 13. undici tredicesimi | q. 50. |
| A ſ. 113. p. 4. | on. 13. cinquantanove ottantaduesimi | |
| A ſ. 114. p. 8. | on. 13. diciaſſette trentunesimi | |

A

| | | |
|---|---|---|
| A ſ. 116. | on. 13. dieci quarantaſetteſimi | ſem. q. 52. un quinto. |
| A ſ. 117. p. 4. | on. 13. un quarto. | |
| A ſ. 118. p. 8. | on. 13. un ottavo | |
| A ſ. 120. | on. 13. 2. | q. 54. |
| A ſ. 121. p. 4. | on. 12. cinque ſeſti | |
| A ſ. 122. p. 8. | on. 12. tre quarti | ( quinti. |
| A ſ. 124. | on. 12. tre quinti | q. 55. quattro |
| A ſ. 125. p. 4. | on. 12. due quinti | |
| A ſ. 126. p. 8. | on. 12. ſei diciaſſetteſimi | ( ti. |
| A ſ. 128. | on. 12. un quarto | q. 57. due quin- |
| A ſ. 129. p. 4. | on. 12. tre ventiſeeſimi | |
| A ſ. 130. p. 8. | on. 11. 2. | ( ti. |
| A ſ. 132. | on. 11. tre quarti | q. 59. due quin- |
| A ſ. 133. p. 4. | on. 11. due terzi | |
| A ſ. 134. p. 8. | on. 11. due quarti | ( to. |
| A ſ. 136. | on. 11. un terzo | q. 61. un quin- |

*De Beccariis.*

## CAPUT XXII.

STATUIMUS, quod quilibet beccarius, exercens artem beccariæ, tenere debeat bonas carnes, & bene ſanas, & cuilibet petenti vendere de quo ſtatu, & de qua parte beſtiæ, vel animalis voluerit pro illo pretio, quod liquidatum fuerit per æſtimatores carnium, ſingulo anno ad hoc eligendos per Communitatem Coloniæ; qui beccarii non poſſint aliquod animal interficere cauſa vendendi, niſi prius illud notificaverint militi, & deputatis ad æſtimandum dicta animalia, in pœna librarnm decem pro quaque vice, & amittendi carnes, & animalia. Item non poſſint beccarii quoviſmodo inflare, ſeu tumefacere carnes, ne ſimplices perſonæ defraudentur, nec unam ſpeciem carnis pro alia vendere, nec aliquam aliam fraudem facere, nec vendere capita, nec pedes beſtiarum ad libras, nec de illis aliquid dare pro additione, ſub pœna librarum decem, ut ſupra. & quilibet poſſit denunciare & accuſare officio militis Coloniæ, & ſi voluerit teneatur ſecretus. & quilibet qui vendere voluerit carnes porcinas, illas debeat prius in platea portare ad locum ſolitum, nec audeat occidere ſcroffas pro vendendo ſub poena decem librarum quaque vice. nec poſſit aliquis emere ſuper mercatu, & in platea mezenas porcorum cauſa eas revendendi, ſub poena librarum quinque, & amittendi carnes; & ſimiliter non poſſint beccarii per ſe, nec interpoſitas perſonas emere carnes porcinas, quæ portatæ fuiſſent pro eis

eis vendendis in platea, sub poena eadem; cui tamen non subjaceant illi, qui vellent emere mezenas pro eis salandis, & vendendis in publicis apothecis. Nec possint beccarii, vendentes lucanicas, eas vendere, nisi pretio limitato per militem, aut extimatores carnium Communis. Item nulla persona possit in die mercatus, nec audeat ante elevationem vexilli emere pullos, capones, gallinas, ova, anseres, anitras, columbos, qualeas, aut alia salvatica, caseum, fructus, aut alia ad victum spectantia, causa ea revendendi, nisi pro eorum proprio usu domus; nec ire audeat ad portas castri, nec in burgis, nec venditoribus occurrere pro eis impediendis, ne veniant in plateam, sub poena librarum quinque, & amittendi res emptas, & quilibet officio militis Coloniæ denunciare possit.

*Quod molendinarii blada bene macinarè debeant, & illa restituere, & quod credatur sacramento dantis blada circa damnum datum.*

## CAPUT XXIII.

STATUIMUS, quod omnes molendinarii teneantur, & debeant bene macinare blada, sibi a quacunque persona data ad macinandum, & illa restituere secundum quantitatem sibi datam; & si inventum fuerit, quod aliquis molendinarius fecerit furtum de farina, aut de blada sibi data, vel quod eam devastaverit, sive corruperit, puniatur in tribus libris pro omni vice, & in refectione damni, de quo damno credatur juramento illius, qui damnum sustinuerit, & si in termino tridui post damnum sibi illatum in judicio conquestus fuerit; & quod ipsi molendinarii non debeant miscere aliquid cum bladis sibi datis ad macinandum, vel farinam, vel saccum balneare banno trium librarum pro quolibet, & qualibet vice. Item non debeant recusare macinare alicui personæ in poena trium librarum, nisi ex justa causa, de qua in electione Potestatis. Item quod obligatus sit tenere cupum ferreum, ligatum cum catena ferri, ita quod commode non possit separari, sub poena prædicta. Item, quod si dicti molendinarii fecerint, vel commiserint in bladis eisdem datis ad macinandum furtum inhonestum, quod liceat Potestati condemnare eos aut in denariis, aut ad standum in berlina, prout prædicto Potestati videbitur, inspecta qualitate facti.

De

*De carrigiis non dandis Poteſtati, nec alicui de ejus familia extra territorium Coloniæ.*

## CAPUT XXIV.

STATUIMUS pro conſervatione pauperum agricolarum, & pro beneficio ipſius agriculturæ, ac totius territorii, quod nullus bubulcus pro conducendis, vel abducendis rebus Poteſtatis, & alicujus alterius ejus Curiæ cum plauſtro, vel carretta, vel equis, poſſit cogi exire extra territorium cum plauſtro, vel carretta, ſed tantummodo teneatur vehere dictas res per territorium.

*De ſalario Advocatorum taxando.*

## CAPUT XXV.

STATUIMUS, quod pro ſalario Advocationis in taxatione expenſarum, taxari debeant de quæſtione viginti librarum, aut ejus valoris, vel ab inde inferius, libræ duæ pro tota cauſa; ab inde vero ſupra uſque ad quinquaginta libras, quatuor libræ; a quinquaginta vero libris uſque ad centum, libræ ſex; a centum vero uſque ad quingentas libras, libræ decem; a quingentis uſque ad mille, libræ viginti; & a mille ſupra uſque ad omnem ſummam, libræ 31.

*De ſolutionibus mercedum Cancellariæ criminalis.*

## CAPUT XXVI.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Pro qualibet accuſatione pro damno dato ad monetam Venetam | L. | ſ. | 8. |
| Pro relatione citationis ad defenſam pro quolibet accuſato | L. | ſ. | 2. |
| Pro defenſione, ut ſupra | L. | ſ. | 5. |
| Pro quolibet teſte examinato | L. | ſ. | 5. |
| Pro remiſſione accuſæ | L. | ſ. | 5. |
| Pro ſententia in arrengo | L. | ſ. | 6. |
| Pro qualibet denuncia maſſarii, vel chirurgi vigore ſui officii | L. | ſ. | 6. |
| Pro qualibet accuſa, ſive querela non meri criminalis, ſed mixti, & poſſeſſionis turbatæ | L. | ſ. | 10. |
| Pro qualibet accuſa, ſive querela meri criminalis, eti- | | | |

am

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| am ſi ſint plures | L. | | ſ. | 12. |
| Pro relatione citationis ad defenſam | L. | | ſ. | 4. |
| Pro defenſione | L. | | ſ. | 10. |
| Pro quolibet teſte, computata relatione citationis, etiam ſi fuerint plura capitula | L. | | ſ. | 10. |
| Pro qualibet amotione querelæ | L. | | ſ. | 8. |
| Pro remiſſione, ſive depenatione talis accuſæ vigore dictæ amotionis | L. | | ſ. | 10. |
| Pro ſententia in arrengo | L. | | ſ. | 12. |
| Pro ſcribendo condemnatione in raſpa | L. | | ſ. | 5. |
| Pro depenando condemnatum in raſpa | L. | | ſ. | 5. |
| Pro copia accuſæ criminalis tam magna, quam parva. | L. | | ſ. | 8. |
| Pro copia accuſæ non concernentis criminalem | L. | | ſ. | 5. |
| Pro inquiſitione contra unum reum tantum | L. | 1 | ſ. | 4. |
| Et ab inde ſupra pro quolibet | L. | | ſ. | 12. |
| Pro proclamate unius rei, pro quolibet | L. | 1 | ſ. | |
| Pro qualibet copia inquiſitionis, & proclamatis, pro qualibet charta cum lineis ſaltem 25. quaque facie | L. | | ſ. | 8. |
| Pro quolibet præſentato ad carcerem, pro quolibet proclamato | L. | 6 | ſ. | 4. |
| Pro quolibet retento in cauſa crim. | L. | 6 | ſ. | 4. |
| Pro quolibet conſtituto de plano | L. | 1 | ſ. | 11. |
| Pro quolibet conſtituto ad torturam | L. | 1 | ſ. | 4. |
| Pro defenſionibus productis, & regiſtratis, pro charta cum lineis 25. ſaltem quaque facie | L. | | ſ. | 12. |
| Pro ſententia capitali, ſive banni perpetui | L. | 6 | ſ. | 4. |
| Pro ſententia corporali, videlicet fuſtigationis, & inciſionis membri, ſive banni ad tempus, ultra tres annos | L. | 3 | ſ. | 2. |
| Pro qualibet ſententia bannitoria, a tribus annis infra | L. | 1 | ſ. | 11. |
| Pro depenando quemlibet bannitum de raſpa | L. | 1 | ſ. | 4. |
| Pro publicatione | L. | | ſ. | 12. |
| Pro qualibet relaxatione, Pro nunc | L. | 3 | ſ. | 2. |
| Pro ſententia condemnatoria banniti ad inquirendum | L. | 6 | ſ. | 4. |
| Pro copia ſententiæ capitalis, ſive banni perpetui | L. | 3 | ſ. | 2. |
| Pro copia ſententiæ corporalis, & banni ad tempus, ſupra tres annos | L. | 1 | ſ. | 11. |
| Pro copia banni ad tempus, infra tres annos | L. | 1 | ſ. | 4. |
| Pro quolibet ſalvoconducto, etiam pro debito | L. | | ſ. | 12. |
| Pro regiſtro literarum Ducalium, tam magni, quam parui momenti | L. | 3 | ſ. | 2. |
| Pro præſentatione literarum aliarum quorumcunque | | | | |

M Ma-

| | | | |
|---|---|---|---|
| Magiſtratuum | L. | ſ. | 2. |
| Pro regiſtro earum | L. | ſ. | 6. |
| Pro literis citatoriis ad quoſcunque Magiſtratus directivis, tam Venetiis, quam alibi | L. | ſ. | 12. |
| Pro literis cujuſcunque fidei, & citationis | L. | ſ. | 12. |
| Pro qualibet relatione citationis | L. | ſ. | 4. |
| Pro literis reſponſivis, cum ſcripturis, & proceſſu ſub bulla & regiſtro | L. | ſ. | 12. |
| Pro tabellione pro portando proceſſum in cauſa civili Venetias | L. | ſ. | 4. |
| Pro portando proceſſum crim. ſub bulla Venetias | L. 1 | ſ. | 4. |
| Pro prorogatione termini literarum | L. | ſ. | 4. |
| Pro fidejuſſione | L. | ſ. | 8. |
| Pro quolibet poſſeſſu vigore literarum | L. 3. | ſ. | 2. |
| Pro quolibet viſu, & reperto cadaverũ doloſe interfectorũ | L. 6. | ſ. | 4. |
| Et ob id teneantur, & obligata ſint omnia bona delinquentis, cujus bona ſi non inveniantur, factis prius debitis executionibus, teneatur commune, ſub quo delictum commiſſum fuerit, reſervato jure dicto communi contra bona delinquentium, ſi quo tempore reperirentur. | | | |
| Pro caſu vero fortuito | L. 3 | ſ. | 2 |
| Pro viſu, & reperto banniti nihil. | | | |
| Pro quolibet ſimplici proclamate | L. | ſ. | 4. |
| Pro exemplo literarum Ducalium | L. | ſ. | 12. |
| Pro exemplo literarum aliorum Magiſtratuum | L. | ſ. | 6. |
| Pro buletis, juxta ſolitum | L. | ſ. | 6. |
| Pro viſione loci Poteſtati | L. 6 | ſ. | 4. |
| Pro Cancellario | L. 3 | ſ. | 2. |
| Pro taxatione expenſarum pro quaque libra | L. | ſ. | 2. |

*De ſolutione mercedum Cancellariæ civilis.*

## CAPUT XXVII.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Pro uno præcepto ad reſpondendum in jure monetæ Venetæ | L | ſ. 1. | p. | 4. |
| Pro una petitione ſummarie facta in libro regiſtrata | L. | ſ. 4. | | |
| Pro una reſponſione, ut ſupra ſummarie facta, & in libro regiſtrata | L. | ſ. 4. | | |
| Pro uno termino ſimplici | L. | ſ. 1. | p. | 4. |

Pro

| | | | |
|---|---|---|---|
| Pro uno termino probatorio | L. | ſ. 4. | |
| Pro qualibet dilatione termini | L. | ſ. 1. | p. 4. |
| Pro commiſſione pignoratitia a libris quatuor infra, computato regiſtro | L. | ſ. 1. | p. 4. |
| A libris 4. ſupra computato regiſtro | L. | ſ. 2. | p. 8. |
| Pro relatione pignorationis voluntarie facta | L. | ſ. 1. | p. 4. |
| Pro relatione per vim | L. | ſ. 4. | |
| Pro quaq; ſententia contumace, in qua non ſit petitio, vel reſponſio, vel narratio aliqua, & ſummarie extenſa | L. | ſ. 2. | p. 8. |
| Pro extractione dictæ ſententiæ in publicā formam | L. | ſ. 2. | p. 8. |
| Pro quaque ſententia contumace, ubi eſſet aliqua extenſio, vel narratio, non excedente ducatos decem | L. | ſ. 8. | |
| Et a decem uſq; quinquaginta | L. 1 | ſ. | |
| Et ab inde ſupra pro qualibet ſumma | L. 2 | ſ. | |
| Pro extractione pro qualibet charta uſque ad lineas 25. quaque facie | L. | ſ. 4. | |
| Pro una ſententia voluntaria | L. | ſ. 12. | |
| Pro extractione | L. | ſ. 4. | |
| Pro una emancipatione | L. 1 | ſ. 4. | |
| Pro qualibet ſententia, partibus auditis, ubi non eſſet petitio, nec reſponſio, neque extenſio, vel narratio, uſque ad ducatos decem | L. | ſ. 8. | |
| Pro qualibet ſententia, non ſummarie facta, auditis partibus, ſed ubi data fuit petitio, reſponſio, ſive extenſio, uſque ad ducatos decem | L. | ſ. 12. | |
| Et a duc. decem uſque ad 25. | L. 1 | ſ. 4. | |
| Et a 25. uſque ad 50. | L. 2 | ſ. | |
| Et a duc. 50. uſque ad centum | L. 4 | ſ. | |
| Et ab inde ſupra pro quoque ducato | L. | ſ. 1. | |
| Pro extractione dictarum ſententiarum pro qualibet charta | L. | ſ. 4. | |
| Pro uno ſequeſtro, etiam ſi fuerint plures creditores, debitores, & ſequeſtratarii | L. | ſ. 4. | |
| Pro copia | L. | ſ. 4. | |
| Pro mandato relevatione ſequeſtri cum bullo | L. | ſ. 12. | |
| Pro relatione dicti mandati | L. | ſ. 4. | |
| Pro uno præcepto pœnali, etiam ſi ſint plures | L. | ſ. 4. | |
| Pro ſententia laudi, ſeu revocationis præcepti pœnalis, partibus auditis, ſummarie facta | L. | ſ. 12. | |
| Pro ſententia laudi, & revocationis præcepti pœ- | | | |

M 2 nalis,

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| nalis, & cujuslibet intimationis, non summarie facta, sed processu formato | L. | 1 | s. | 4. | | |
| Et idem de laudo, & revocatione intimationum. | | | | | | |
| Pro qualibet relatione intimationis, etiam si sint plures | L. | | s. | 4. | | |
| Pro quolibet teste examinato super termino probatorio cum interrogationibus | L. | | s. | 6. | | |
| Pro quolibet teste examinato super uno capitulo sine interrogatoriis | L. | | s. | 4. | | |
| Cum interrogatorio uno | L. | | s. | 6. | | |
| Cum fuerint plura capitula, usq; tria sine interrogatoriis, pro quolibet capitulo | L. | | s. | 2. | p. | 8. |
| Cum iterrogatoriis solvatur duplũ pro quolibet cap. | | | | | | |
| Ultra autem tria capitula sine interrogatoriis, pro quolibet capitulo ultra tria prima | L. | | s. | 1. | p. | 4. |
| Cum interrogatoriis pro quoque capitulo ultra tria prima | L. | | s. | 2. | p. | 4. |
| Pro citatione ad testificandum | L. | | s. | 1. | p. | 8. |
| Pro quolibet juramento dando testibus, sive partibus | L. | | s. | 2. | | |
| Pro mercede Notarii, ultra mercedem jam dictam, pro eundo ad examinandum testes ad villas pro primo milliario | L. | | s. | 12. | | |
| Ab inde supra pro quolibet milliario | L. | | s. | 6. | | |
| Si in Terra Coloniæ, & burgis | L. | | s. | 8. | | |
| Pro fidejussione | L. | | s. | 4. | | |
| Pro mandato procuræ factæ in Officio | L. | | s. | 8. | | |
| Pro qualibet legalitate cum bullo | L. | | s. | 8. | | |
| Pro quolibet deposito notato in Officio | L. | | s. | 8. | | |
| Pro qualibet tutela, sive curaria tantum | L. | | s. | 12. | | |
| Pro tutela, & curaria simul | L. | | s. | 16. | | |
| Pro qualibet strida, sive proclamate simplici | L. | | s. | 4. | | |
| Pro quolibet proclamate cum extensione, sive narratione | L. | | s. | 12 | | |
| Pro proclamate in executione Statuti, si emptores volunt esse securi, usq; ad duc. centum | L. | 1 | s. | 4. | p. | |
| Usque vero ad quingentos | L. | 3 | s. | | | |
| Et a quingentis usque ad mille | L. | 5 | s. | | | |
| Et a mille supra | L. | 6 | s. | | | |
| Pro qualibet voluntaria consignatione bonorum | L. | | s. | 8. | | |
| Pro pronuntia assicurationis, & restitutione dotis | L. | | s. | 12. | | |
| Pro qualibet datione in solutum, facta in causa | | | | | | |

doti-

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| dotium cum decreto Poteſtatis, & inſtrumento, uſq; ad ducatos 50. | L. | 1 | ſ. | 10. |
| A duc. 50. uſque ad centum | L. | 3 | ſ. | 2. |
| A duc. 100. uſque ad 300. | L. | 6 | ſ. | 4. |
| A 300. uſque ad omnem ſummam | L. | 9 | ſ. | |
| Pro conceſſione tenutæ, etiam ſi plures fuerint creditores | L. | | ſ. | 12. |
| Pro qualibet deliberatione tenutæ cum inſtrumento, pro omni ſumma | L. | 3 | ſ. | 2. |
| Pro qualibet extimatione facta, ſive relatione in Officio per æſtimatores, vel alios | L. | | ſ. | 4. |
| Pro quolibet poſſeſſu tenutæ | L. | | ſ. | 12. p. |
| Pro quolibet poſſeſſu, non intelligendo de poſſeſſu tenutæ cum conceſſione tenutæ | L. | 3 | ſ. | |
| Pro incantibus ante deliberationem | L. | | ſ. | 8. |
| Pro literis citationis, ſcriptis cum regiſtro | L. | | ſ. | 12. |
| Pro litis conteſtatione, & admiſſione capit. | L. | | ſ. | 12. |
| Pro concluſione in cauſa, & alio quocunque actu interlocutorio | L. | | ſ. | 4. |
| Si fuerint partibus auditis | L. | | ſ. | 12. |
| Pro quolibet commeatu, etiam ſi ſint plures | L. | | ſ. | 4. |
| Pro productione unius ſcripturæ | L. | | ſ. | 2. |
| Pro copia ſcripturarum cujuſq; generis, pro quaque charta cum lineis 25. quaque facie | L. | | ſ. | 4. |
| Pro copia unius præcepti pœnalis ſequeſtri, vel alterius actus ſimilis, ſeparatim facti | L. | | ſ. | 4. |
| Pro juramento de fuga | L. | | ſ. | 12. |
| Pro juramento dando ſaltuariis circa cuſtodiam campaneæ | L. | | ſ. | 4. |
| Pro quolibet decreto Poteſtatis | L. | | ſ. | 4. |
| Pro qualibet relevatione cedulæ cum decreto, & inſtrumento, uſque ad ducatos quinquaginta | L. | 2 | ſ. | |
| Et a duc. 50. uſque ad 200. | L. | 3 | ſ. | 2. |
| Et a duc. 200. uſque ad 500. | L. | 4 | ſ. | |
| Et a quingentis ſupra | L. | 6 | ſ. | 4. |
| Pro Notariis Officii, dummodo interſint viſioni loci | L. | 2 | ſ. | |

De

*De ſolutionibus Tubetæ.*

## CAPUT XXVIII.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Pro citatione cujuslibet rei citati ad defenſam in Terra Coloniæ, & burgis | L. | | ſ. | 4. |
| Et idem de qualibet intimatione | | | | |
| Pro citatione ad defenſam, & ad teſtificandum, & pro intimatione ad villas, uſque ad duo milliaria | L. | | ſ. | 12. |
| Et ſi ſorent plures citandi, aut intimandi ad inſtantiam unius, habeat pro unoquoque citando ſolidos quatuor, & pro itinere habeat ſolummodo ſi ultra duo milliaria, & ultra duo milliaria habeat in totum | L. | 1 | ſ. | |
| Pro quolibet proclamate ſimplici | L. | | ſ. | 4. |
| Pro quolibet proclamato ad carceres | L. | 1 | ſ. | 6. |
| Pro quolibet ſequeſtro facto, in executione literarum ab extra, ſolvatur ut ſupra pro ratione itineris | | | | |
| Pro quolibet proclamate facto in villis ad inſtantiam alicujus perſonæ | L. | 1 | ſ. | 4. |
| Item quod non habeat mercedes citationum, vel actuum factorum ad offenſam, vel ex officio, niſi poſt expeditiones ab illis, qui tenerentur. | | | | |

*De executionibus per vim faciendis per commilitonem, & caballarios, & do ſolutionibus eorum.*

## CAPUT XXIX.

QUONIAM miles Poteſtatis, & ejus caballarii in executionibus faciendis contra debitores plures faciunt executiones ad lucrandas plures ſolutiones ad eorum utilitatem, & ad notabile damnum creditorum, & debitorum, qui de creditis ſuis ſatisfieri nequeunt: ideo ad removendum hujuſmodi errores, ac inconvenientia, ſtatuimus, & ordinamus, quod dictus miles Poteſtatis, & caballarii poſt primum pignus acceptum debitoribus, ſive poſt conſignationem voluntarie factam, teneantur, & obligati ſint aſſicurationem facere in bonis portabilibus debitoris, pro omni importantia crediti. qui miles, & caballarii pro primo pignore accepto taxationem infra ordinariam de villa in villam, & de loco in locum limitatam ſolummodo habere de-

debeant, & pro afficuratione, ultra taxationem præmiffam ordinariam, confequi debeant folidum unum pro quaque libra monetæ Venetæ ufque ad fummam ducatorum decem; & a ducatis decem ufque ad fummam ducatorum vigintiquinque habere debeant folidos quatuor pro quoque ducato, & etiam taxationem præmiffam; ab inde vero fupra ufque ad omnem fummam, abfque taxatione prædicta, habere debeant folidos quatuor pro quoque ducato; dum tamen ipfi miles, & caballarii pro toto credito creditorum faciant afficurationem, quam afficurationem fi non fecerint, neque facerent relationem per vim, nihil de mercede fua accipere poffint, nec habere debeant. & cafu quo non invenirent bona fufficientia pro afficuratione, fed facerent relationem per vim, taxationem ordinariam præmiffam folummodo habere debeant; declarantes ne dictus miles, & caballarii prædictas afficurationes ftudiofe prorogare poffint, quod de hebdomada in hebdomadam in quamcunque villam territorii, & per campaneam, & Terram Coloniæ equitare debeant; & fi non equitaverint, vel iverint de hebdomada in hebdomadam, ut fupra, vel equitaverint, & non afficuraverint, vel non fecerint relationem per vim modo, ut fupra ordinatum eft, fit in libertate cujuslibet creditoris accipiendi unum, five plures officiales Curtis Prætoriæ, caufa faciendi dictas afficurationes; & mercedes, ut fupra, pro afficurationibus limitatæ fint ipforum officialium, & nihilominus dictus miles, aut caballarii fubjaceant pœnis ftatuendis arbitrio Rectorum. Declarantes etiam, quod fi prædictis miniftris occurrerit facere bulla aliqua granorum generis cujufcunque, vel aliorum bonorum mobilium, teneantur ad omnem requifitionem creditorum, five camerariorum conduci facere bona ipfa bullata ad Officium cameræ pignorum, caufa ea vendendi, aut fi vendita effent, dandi emptoribus; expenfis tamen omnibus debitoris, quæ omnes expenfæ, & mercedes juxta folitum a camerariis ex tractu pignorum exburfentur. Statuentes etiam, quod fi alicui partitæ pignorum, aut venditioni pignorum fufpenfio aliqua fuerit annotata, talis fufpenfio fit nullius valoris, & efficaciæ, nifi poft duos dies proxime fequentes, poft annotatam fufpenfionem, creditor citatus fuerit. quo termino elapfo, & non facta, & annotata, aut extincta citatione, talis fufpenfio ipfo Jure elevata intelligatur; cui tamen ordini non fubjaceant fufpenfiones pignorum acceptorum ad inftantiam creditorum forenficorum, qui teneantur citare, & requirere debitores ad elevandam fufpenfionem.

De

*De officio maſſariorum Cameræ pignorum.*

## CAPUT XXX.

STATUIMUS, quod maſſarii Cameræ pignorum, eligendi per Conſilium Communitatis Coloniæ, bene, & diligenter attendere debeant ad eorum officium, ita quod cuicunque perſonæ, eos requirenti circa eorum officium attendant, & pignora ſcribant, & venditiones eorum faciant juxta ordines, & Statuta Terræ Coloniæ; & faciant incantus in platea, & locis publicis, præmiſſa ſubhaſtatione facienda per præcones, ſeu viatores Communis Coloniæ in diebus tantum Lunæ, Mercurii, & Sabbati non feſtivis cujuslibet hebdomadæ, præmiſſo ſono campanellæ ad ſolitum. qui maſſarii ad fraudes evitandas, teneantur ſuper platea, vel penes plateam exercere eorum officium; & præmiſſa obſerventur, & alia ordinamenta in Terra Coloniæ obſervata, in pœna cuilibet Maſſario contrafacienti circa præmiſſa, & quodlibet præmiſſorum, & quaque vice librarum 25. & majoris pœnæ arbitrio Poteſtatis: & eorum officio finito teneantur, reddita ratione adminiſtrationis eorum, conſignare libros ſui officii Cancellario Communis.

*De ſolutionibus militis Poteſtatis, & caballariorum, ſeu taxa ordinaria.*

## CAPUT XXXI.

QUOD pro qualibet executione per vim, & pro primo pignore commilitoni, ſeu caballariis ſolvatur in accipiendis pignoribus pro diſtantia locorum, ut infra.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| In Terra Coloniæ, & burgis, & campania | L. | | ſ. | 6. |
| In villa Baldariæ, & ejus pertinentia | L. | | ſ. | 6. |
| In villa Zumellæ, & ejus pertinentia | L. | | ſ. | 8. |
| In villa Sancti Stephani | L. | | ſ. | 16. |
| In villa Vulpini, & ejus pertinentia | L. | 1 | ſ. | |
| In villa Albareti, & ejus pertinentiis | L. | 1 | ſ. | 4. |
| In villa Cuchæ, & ejus pertinentiis | L, | | ſ. | 12. |
| In villa Beccacivettæ | L. | 1 | ſ. | 4. |
| In villa Domorum Michilorii | L. | | ſ. | 12. |
| In villa Medicæ | L. | | ſ. | 12. |
| In villa Glavoni, & ejus pertinentiis | L. | | ſ. | 10. |
| In villa Caſellarum | L. | | ſ. | 12. |

In

| | | |
|---|---|---|
| In villa Sabloni | L. | ſ. 6. |
| In villa Præſſanæ | L. | ſ. 12. |
| In villa Roveredi | L. | ſ. 12. |
| In Spiſſia | L. | ſ. 8. |
| Pro retentione cujuslibet perſonæ pro debito civili | L. 1 | ſ. 4. |
| Pro quolibet retento pro cauſa criminali | L. 6 | ſ. 4. |
| Pro eundo cum Cancellariis ad accipiendum viſum, & repertum | L. 3 | ſ. 2. |
| Pro viſu, & reperto caſus fortuiti, & bannitorum, nihil | | |
| Pro quolibet poſſeſſu in executione literarum | L. 3 | ſ. 2. |
| Pro executionibus ſententiarum, ſive cartulinis ex Venetiis, & aliis locis, habeant eandem mercedem, quam habent pro pignoribus, & aſſecurationibus, vigore ſententiarum Coloniæ, ut ſupra, limitatam. | | |

*De ſolutionibus viatorum.*

## CAPUT XXXII.

| | | |
|---|---|---|
| Pro præcipiendo ad reſpondendum in Jure in Terra Coloniæ, & burgis | L. | ſ. 1. |
| In Campanea Coloniæ uſque ad unum milliarium, ſi iverit, ut vulgo dicitur, *a poſta* | L. | ſ. 4. |
| Et ultra unum milliarium, pro quolibet milliario | L. | ſ. 2. |
| Si vero iverit caſu, pro quolibet milliario | L. | ſ. 1. |
| Si ad villam Baldariæ, & ejus pertinentiis | L. | ſ. 4. |
| Ad villam Zumellæ | L. | ſ. 6. |
| Ad villam Sancti Stephani | L. | ſ. 10. |
| Ad villam Vulpini | L. | ſ. 12. |
| Ad villam Albaredi | L. | ſ. 14. |
| Ad villam Domorum Septem | L. | ſ. 10. |
| Ad Caſſerium | L. | ſ. 8. |
| Ad villam Medicæ, & Domorum Michilorii | L. | ſ. 10. |
| Ad Villam Beccacivettæ | L. | ſ. 14. |
| Ad villam Caſellarum, & Glavoni | L. | ſ. 10. |
| Ad villam Præſſanæ | L. | ſ. 10. |
| Ad villam Sabloni | L. | ſ. 4. |
| Ad villam Roveredi | L. | ſ. 12. |
| Ad Spiſſiam | L. | ſ. 8. |
| Ad Cucam | L. | ſ. 10. |

Pro quolibet præcepto pœnali, intimatione, commeatu,

& ſequeſtro, & commiſſione pignoratitia, ut ſupra cum relatione.

Si contigerit, quod ad inſtantiam unius habeant citari, vel exequi contra plures, habere debeant taxam prædictam, & ultra unum nomen, ſolidos duos pro quoque nomine.

Si contra unum tantum, ad inſtantiam unius tantummodo, contigerit fieri plura præcepta, & executiones, debeant habere ſolummodo mercedem, ut ſupra, limitatam pro quolibet præcepto, intimatione, ſequeſtro, commeatu, aut alia ſimili executione in Terra Coloniæ, & burgis L. ſ. 4.

Pro pignorando in Terra Coloniæ, & burgis L. ſ. 1.

Pro quolibet poſſeſſu tenutæ cum ſtridis, & incantibus L. 3 ſ.

Pro qualibet relatione ſuſpenſionis L. ſ. 1.

Pro relatione ſententiarum, aut alterius actus L. ſ. 1.

Qui viatores in termino dierum trium poſt facta præcepta, & alias executiones, teneantur facere eorum relationes, aliter ipſo Jure non valeant.

FINIS LIBRI QUARTI.





# STATUTORUM COMMUNITATIS COLONIÆ

## LIBER QUINTUS.

*De Judice dugalium eligendo.*

### CAPUT PRIMUM.



ORDINAMUS, & ſtatuimus, quod unus bonus, & ſufficiens Judex omni anno eligatur per Communitatem Coloniæ in ejus Conſiliis, in quibus intereſſe debeant ad talem electionem ex Conſilio Communitatis Coloniæ conſiliarii ad numerum 19. præter Spectab. Proviſorem, & maſſarii villarum ad numerum 14. & non plus; qui tamen Judex eligi debeat ex civibus Terræ Coloniæ, & ſuburbiorum, & non de ipſis diſtrictualibus, cum ſalario, quod ei per ipſam Communitatem deputabitur: qui Judex ad dictum officium electus, debeat ex ſuo officio diligenter inquirere, manutenere, & defendere vias, aggeres, ſtratas, tam Terræ Coloniæ, quam diſtrictus, clavicas, dugalia, & pontes Poteſtariæ Coloniæ, & eos facere aptari & compleri ubicunque, & quotieſcunque fuerit opus, expenſis illorum, ad quos ſpectat, ſecundum mores, conſuetudines, & Statuta Terræ Coloniæ, & facere diligenter ipſas ſortes, & regulas cuſtodiri per ſaltuarios, & maſſarios ipſarum ſortium, & regularum; & ſuper prædictis ad denunciationem, vel accuſationem cujuslibet procedere poſſit. Qui Judex habeat juriſdictionem cognoſcendi, terminandi, & præcipiendi, & banna imponendi ſuper his, quæ ad ſuum officium ſpectant; & quod omnes

nes, abſolutiones, & condemnationes, faciendæ occaſione ſui officii, per dictum Judicem fieri, & pronunciari debeant, quarum appellationes devoluantur ad Poteſtatem.

*De officio Judicis dugalium circa aggeres, & dugalia.*

## CAPUT II.

ITEM ſtatuimus, quod dictus Judex, quotieſcunque fuerit requiſitus per maſſarios villarum dictæ Poteſtariæ Coloniæ, vel per conſortes ipſarum terrarum, debeat ire, vel mittere ad videndum, & examinandum illos aggeres, & dugalia, qui, & quæ dicerentur indigere refectione, vel de novo fieri in ipſis villis, ſeu pertinentiis; & procedere debeat ad refectionem ipſorum dugalium, & aggerum de conſilio bonorum virorum, qui ſciant conditiones illarum contractarum, in quibus ipſa dugalia, ſeu aggeres debent fieri, vel refici.

*Judex dugalium faciat, quod clavicæ, & dugalia ſtent apertæ, & aperta; & quod quando cavatur, incipiatur a parte inferiori.*

## CAPUT III.

ITEM ſtatuimus, quod dictus Judex faciat, & procuret, quod omnia dugalia, & clavicæ dictæ Poteſtariæ ſtent aperta, & apertæ, & expedita, ita quod aqua liberum habeat decurſum; & quod ſi aliquis clauſiſſet, ſeu claudi feciſſet aliquod dugale, vel clavicam, illud faciat aperire, vel in ſtatu debito deponi expenſis ejus, qui ipſum, vel ipſam clauſiſſet, vel claudi feciſſet, vel clauſum detineret; & ſi aliquod dugale deberet de novo fieri, vel factum eſſet, debeat ſemper incipi fieri a capite inferiori, veniendo ſurſum per ordinem.

*Quod possessores camporum teneantur ad stratas, dugalia, & pontes faciendum, & reficiendum.*

## CAPUT IV.

ITEM statuimus, quod dictus Judex solicite debeat procurare, quod stratæ, & dugalia, clavicæ, & pontes reficiantur, & manuteneantur per totam Potestariam Coloniæ, & etiam de novo fiant, ubi evidens utilitas, vel necessitas immineret, cum consilio eorum, qui de dictis contractis notitiam, seu peritiam habent, in quibus hæc fieri debent, & prædicta laboreria, tam in faciendo, quam in reficiendo, seu manutenendo, fiant expensis omnium personarum, vel universitatum, capitulorum, seu collegiorum, ad quorum usum, utilitatemque prædicta spectabunt; & possessores agrorum, sive camporum ad dictas expensas teneantur in totum, vel in partem, ut fiat collatio pro modo, sive quantitate agrorum, sive camporum, & possessores pro his agris, sive campis, quos possident, teneantur, sive habeant utile dominium tantum, ut sunt livellarii, feudatarii, & his similes, sive possideant suo nomine; & quod si haberet unus directum dominium, alius vero utile, & possideat, quod tamen habens utile compellatur, & quod quælibet persona, capitulum, & collegium, quod teneretur, vel ratione utilitatis, vel ratione prædiorum conferre ad collationem ipsarum expensarum, ad id compellatur, omni privilegio, & exceptione remotis, & quod dictus Judex teneatur manutenere vias, & stratas totius Potestariæ Coloniæ expeditas. & si aliquis clausisset, aut occupasset dictas vias, compellatur per dictum Judicem suo arbitrio ipsas vias reducere in pristinum statum, expensis illius, qui eas clauserit, vel occupaverit. Insuper etiam claudens, vel occupans condemnetur per ipsum Judicem in libris septem, & de prædictis etiam dictus Judex inquirere teneatur.

*Quod Judex dugalium possit summarie cognoscere de actione spectante ad ejus officium.*

## CAPUT V.

ITEM statuimus, quod si aliqua quæstio oriretur inter aliquas personas, communia, vel universitates, occasione eorum, quæ spectant ad suum officium, dictus Judex possit cognoscere, terminare, & expedire summarie, requisitis tamen illis, quos res tangit sine aliquo strepitu. & quotiescunque dictus Iudex, aliqua justa causa interveniente, non possit alicui operi fiendo, vel examinando superesse,

pos-

possit, & teneatur committere alicui ex consortibus, vel habitatoribus ipsius terræ, ubi dictum laborerium fieri debet, de consilio bonorum virorum, qui habeant notitiam ipsius contractæ, vel etiam alicujus alterius, prout videbitur expedire.

*Quod Judex dugalium faciat laborare laboratores.*

## CAPUT VI.

ITem statuimus, quod dictus Judex teneatur omnes habitantes in villis cujuscunque conditionis, facere laborare ad aggeres, stratas, dugalia, & clavicas positas, & posita in suis villis, seu quorum usus, vel utilitas ad eos, seu eorum communia spectaret, & quotiescunque videat expedire, & specialiter ad aggeres, ubi timetur de inundatione aquarũ. & pariter faciat laborare ad aggeres, stratas, dugalia, & clavicas Coloniæ, & in ejus campanea omnes laboratores, & exercentes artem ruralem ibidem habitantes, sub pœna librarum septem, & minus, arbitrio ipsius Judicis.

*Potestas teneatur coadiuvare officium Judicis dugalium.*

## CAPUT VII.

ITem statuimus, quod Potestas teneatur, & debeat coadiuvare officium dicti Judicis, & eidem dare auxilium, quoties fuerit petitum, & quoties erit opus.

*De Flumine Novo, & molendinis ibi tenendis.*

## CAPUT VIII.

ITem statuimus, quod non possit, nec debeat fieri, nec esse ædificium in toto alveo Fluminis Novi, quod vehementiorem faciat aquam Bagnolo inferius in toto districtu Coloniæ, nisi molendina cum pontonibus, & quæ ad utilitatem ipsorum molendinorum pertineant, arbitrio bonorum magistrorum, nisi forte fuerit opus sine fraude. & si aliqui habuerint molendina in bampatorio, teneantur facere securitatem idoneam penes massarium Communis Coloniæ restituendi damnum cuilibet patienti damnum. & si a molendino suo rupturam fecerit, & de alveo exierit, teneatur Potestas facere damnum restitui patientibus. & omnes volentes ponere, seu ducere, vel duci facere aliqua molendina in dicto flumine in aliquo loco, ubi non sint soli-

ſolitæ eſſe poſtæ molendini, quod teneantur facere bonam ſecuritatem penes maſſarium Communis Coloniæ, de reſtituendis damnis, quæ darentur communibus, & ſingulis perſonis occaſione dictorum molendinorum, & teneantur ripas ex utraquè parte ita munire, ne propter ipſa molendina poſſit aliquod damnum dari circunſtantibus terris, pœna centum ſoldorum denariorum, & nihilominus teneantur ad emendationem ipſorum damnorum, & ad id conſtringantur præciſe per Poteſtatem, & ejus delegatum, vel etiam Judicem dugalium, ſecundum quod fuerit requiſitus.

*De officio Notarii Judicis dugalium.*

## CAPUT IX.

ITEM ſtatuimus, quod Notarius Judicis dugalium teneatur, ſi neceſſe foret cum ſuo Judice, ac etiam ſine Judice, ad omne ejus mandatum equitare pro ſuo officio exercendo, & ſcribere omnes proviſiones aggerum, & dugalium, & omnia alia prædicto officio opportuna, ac omnes inventiones, inquiſitiones, aſſecurationes, & denunciationes de dugalibus, aggeribus, clavicis, ſtratis, & pontibus; qui Notarius, completo ejus officio, debeat illico conſignare Cancellario Communitatis Coloniæ omnia acta, & proceſſus formatos per annum officii ſui, reponenda, ſeu reponendos ſeparatim in archivio, ad hoc deputando, ſub pœna cuilibet Notario contrafacienti centum librarum applicandarum Sancto Monti Pietatis Coloniæ, & ulterius privationis officii prædicti per decennium. qui Notarius inter cætera teneatur, & debeat tenere unum librum, in quo deſcripta ſint omnia dugalia magiſtra cum ſuis brachiis, ad quæ currunt aquæ, prout ipſa dugalia pro tempore per maſſarios villarum in ſcriptis conſignabuntur, prout infra ſtatutum eſt.

*De modo tenendo per Judices circa ſtratas, pontes, clavicas, & aggeres ruptos.*

## CAPUT X.

ITEM ordinamus, quod pro una ſtrata devaſtata, uno dugale non ſgarbato, ſeu atterrato, & uno ponte fracto, & uno aggere rupto, vel aliter devaſtato ſuper una communitate, quod una ſola inventio, ſeu inquiſitio fiat pro quoque, etiam ſi plures perſonæ tenerentur ad aptationem rei devaſtatæ juxta proviſiones ſuperinde factas. etiam formentur tales inventiones, ſeu inquiſitiones contra communia,

nia, & homines villarum, & locorum, ſuper quorum pertinentiis defectus apparebit, & contra ipſa communia, & homines procedatur per dictum Judicem, & ejus officium, & compellantur ipſa communia, & homines dictos defectus reaptare, non obſtante, quod aliquæ aliæ perſonæ ad dictam aptationem tenerentur, ſecundum aliquas conſuetudines dictarum communitatum, habentibus ſemper ipſis communitatibus, & hominibus regreſſum contra damnatores, & alios quoſcunque, qui ad dictam aptationem tenerentur.

*De laudationibus aggerum, & dugalium, & qualiter fieri debeant.*

## CAPUT XI.

ITEM, quod facta proviſione alicujus aggeris, ſive dugalis, vel ſtratæ, ſeu pontis, vel clavicæ, vel reaptandi, ſeu faciendi, vel reparandi, & ipſo laborerio facto, ſeu completo, intereſſe debeant ad laudationem dicti laborerii Judex dugalium, & quatuor, vel ſex cives conſortes, quos negotium magis tanget, & de illis, qui ſolvent majorem quantitatem denariorum pro cavatione dugalium, ſeu reparatione pontis, vel ſtratæ, ſeu clavicæ, & aliorum, inſpecta qualitate, & pondere facti, ſeu negotii, qui cives conſortes ſimul cum dicto Judice laudent, & approbent laborerium factum, ſi bene factum fuit ſecundum proviſiones ordinatas, & laudabile ſit; aliter autem non laudetur, donec ſecundum proviſionem completum, & perfectum fuerit, & aliter facta laudatio non valeat.

*Quid & quantum exigi debeat de laudationibus aggerum, ſeu dugalium, & aliorum, & a quibus.*

## CAPUT XII.

ITEM, quod factis laudationibus de aliquibus aggeribus, ſive dugalibus, vel aliis perfectis laboreriis, quæ affictarentur, ſive affictabuntur, ſive dantur ad faciendum ad incantum per dictum Judicem dugalium, communia villarum, & aliæ quæcunque ſingulares perſonæ, quæ ipſa laboreria conduxerint, ſeu fecerint, ſive fieri fecerint, teneantur, & debeant de, & pro ipſis laudationibus ſolvere maſſario dicti officii unum ſolidum pro quaque libra affictationis dicti laborerii, & hoc habeat locum tam in factionibus, quam in refectionibus aggerum ruptorum, penellorum, & palificatarum, quæ in refectionibus ſtratarum, pontium, & clavicarum, & aliorum labore-

riorum,

riorum fierent, & affictabuntur per officium Judicis dugalium, & aliud nihil solvere debeant conductores talium laboreriorum Judici, massario, seu Notariis dugalium, nisi ipsis Notariis pro mercede instrumentorum, pro laudationibus ipsorum laboreriorum, de quibus instrumentis dicti Notarii accipere possint pro sua mercede, ut infra; videlicet, De instrumento laudationis cujuslibet laborerii affictati, vel non, valoris, seu expensæ, vel æstimationis 25. librarum, & ab inde infra, 15. solidos: ab inde vero supra usque ad 50. libras, 30. solidos: a quinquaginta vero supra usque ad centum libras, 40. solidos: ab inde vero supra usq; ad 300. libras, 60. solidos: ab inde vero supra usq; ad 500. libras, 5. libras denariorum: a 500. usque ad mille, 8. libras: ab inde vero supra cujuscunque quantitatis sit, libras decem denarii; & quod dictus massarius habere debeat penes se incontrum omnium provisionum, quæ fient de omnibus laboreriis fiendis, & affictandis, sive locandis per dictum Officium dugalium, ne fraudetur, & debitum exigere possit pro satisfactione salariorum, quæ solvere tenetur, ut supra. quod incontrum dicti Notarii dugalium eidem massario scribere, & dare teneantur.

*De requirendis massariis Communitatum pro officio Judicis.*

## CAPUT XIII.

STATUIMUS etiam, quod pro meliori ordine officii Judicis dugalium, dictus Judex singulo anno, in principio ejus officii accipere debeat a quolibet Communi Potestariæ Coloniæ dugalia, stratas, aggeres, clavicas, & pontes, & dugalerios saltuarios, & alios officiales in scriptis, sub pœna cuilibet massario contrafacienti mandato Judicis librarum septem, ut sciat dictus Judex ad quos recurrere, & quos requirere, quando pro officio opportunum esset.

*De modo tenendo in ponendo datias pro Officio dugalium.*

## CAPUT XIV.

ITEM, quod omnes datiæ imponendæ per dictum Officium pro dugalibus, & aliis laboreriis, imponantur de voluntate consortum, vel aliorum, quos res tanget, vel majoris partis, & de licentia Potestatis; & si aliter fieret, imponentes pro quoque in decem libris denariorum puniantur, & nullus ipsas datias solvere compellatur: & quod ipsæ datiæ exigantur per unum exactorem eligendum per Judicem dugalium, & quod in qualibet licentia scribenda imponendo

O ali-

aliquam datiam, explicentur, & declarentur omnes causæ, & quantitates, pro quibus ipsa datia imposita est, & etiam nomina exactorum, & dies quando ipsa datia data fuerit eis ad exigendum, & eodem modo scribatur rubrica rotuli, sive quaterni ipsius datiæ exigendæ, & quod nullus Judex, Notarius, vel alius officialis ad dictum officium dugalium possit esse exactor dictarum datiarum, nec alicujus earum, sub pœna amissionis sui salarii; & nihilominus prædicta facere, & adimplere teneantur sub pœna prædicta.

*Quod saltuarii villarum teneantur facere custodiam, & manifestare personas & bestias traversantes.*

## CAPUT XV.

ITEM, quod illi officiales, qui vocantur dugalerii, & saltuarii, & qui dantur omni anno secundum formam Statutorum Coloniæ Communis, per Communia villarum, & de omnibus campaneæ districtus Coloniæ officialibus deputatis ad officium dugalium, teneantur, & debeant ultra eorum officium ad quæ sunt soliti dari, & deputari, custodire bene, diligenter, & solicite, quod aliqua persona cujuscumque conditionis existat, non audeat, nec præsumat de die, nec de nocte devastare aggeres, nec cum persona, & bobus, bestiis generis cujuscunque, plaustro, aratro, & transire, aut transiri permittere per dugalia Communis Coloniæ, & domorum campaneæ alibi, quam per pontes, & loca deputata, per quos transiri, vel transitum fieri debeat per dicta dugalia; & hoc sub pœna quinque solidorum pro qualibet persona, & qualibet vice; & plaustro, & aratro centum solidorum; & qualibet bestia parva duorum solidorum pro quaque vice; pro quaque bestia magna viginti solidorum pro quaque, & quaq; vice; & quod dicta pœna duplicetur de nocte, intelligendo de nocte ab occasu usque ad ortum Solis: & nihilominus ille, vel illi, qui transitum fecerint, vel transitum fieri fecerint, seu permiserint, teneantur, & debeant reficere dicta dugalia, si aliquod damnum datum fuerit in eis propter dictum transitum; & si damnum datum fuerit per aliquam bestiam, tunc dominus, vel domina, cujus fuerit dicta bestia, quæ damnum fecerit, teneantur ad restitutionem dicti damni, & ad solutionem pœnæ, in quam incurreret dicta bestia.

Quod

*Quod nulla persona debeat splanare, nec removere de terreno riparum dictorum dugalium, & aggerum.*

## CAPUT XVI.

ITEM, quod nulla persona, cujuscunque conditionis existat, audeat, vel præsumat splanare ripas dictorum dugalium, nec removere, vel asportare de terreno ipsarum riparum dictorum dugalium, & aggerum sub pœna supradicta.

*Quod nulla persona audeat arare, zappare, fodere, distrahere seu plantare per tres pedes penes ripam dugalium.*

## CAPUT XVII.

ITEM, quod nulla persona, cujuscunque conditionis existat, audeat, vel præsumat arare, zappare, fodere, distrahere, seu plantare, seu aliquod laborerium facere juxta dicta dugalia per tres pedes, pœna, & banno decem librarum pro quoque, & quaque vice.

*Quod communia villarum debeant in anno semel sgarbare dugalia.*

## CAPUT XVIII.

ITEM, quod communia locorum Coloniæ, super quorum pertinentiis posita, & facta sunt ipsa dugalia, & brachia, teneantur, & debeant semel in anno, de mense Martii, vel Augusti, sgarbare, segare, & incidere herbas, spinas, canellas, & alia lignamina, quæ essent in alveo ipsorum dugalium, & similia existentia in ipsis dugalibus, & eorum ripis, & brachiorum, per sex pedes circumcirca, & quaq; parte, ipsasq; inde extrahere, & asportare longe a dictis dugalibus per duas perticas; & hoc in pœna, & sub pœna decem librarum pro quoq; communi, & quaq; vice ea facere recusante, & nihilominus facere teneatur. & illud idem intelligatur de omnibus dugalibus, sive aquarum ductibus, fontium, seu aquarum vivarum, quæ per ipsos etiam ductus aquæ pluvialis dilabuntur.

*Quod Saltuarii, & dugalerii teneantur jurare in manibus Potestatis, & attendere prædicta.*

## CAPUT XIX.

ITEM, quod dicti dugalerii, & saltuarii teneantur jurare, & debeant in manibus Potestatis, exercere bene, & diligenter eorum officia, & teneantur, & debeant denunciare infra tertiam diem a die damni dati in dictis regulis illorum communium, ubi sunt dicta dugalia, in quibus damnum datum fuerit, sive Judici dugalium, aut ejus Notariis ad officium. quod si facere recusaverint, quod tunc & eo casu teneantur ad refectionem prædicti damni, & ad solutionem pœnæ, in quam incurrisset persona, plaustrum, bestia, quæ fecisset dictum damnum; & credatur, & credi debeat eorum accusis, & denuntiationibus cum sacramento, nisi probaretur contrarium infra quinque dies a die defensæ datæ. Si vero alia aliqua persona denunciare voluerit aliquid de prædictis, tunc possit, & credatur sibi cum sacramento, & uno teste.

*De penellis reparandis circa molendina, de livellatione, & bampatoriis tenendis in ordine.*

## CAPUT XX.

STATUIMUS, quod quilibet molendinarius, sive alia persona habens molendinum in Flumine Novo, debeat omni anno facere penellos ad aggeres ubi positum est molendinum prædictum, pro conservatione dictorum aggerum, & viæ publicæ, videlicet quatuor perticas a parte superiori, & sex perticas a parte inferiori, & hoc intelligatur ab ambobus capitibus postæ molendini prædicti, in pœna quinque librarum pro quolibet, & qualibet vice. & si defectu dictorum penellorum non factorum in termino, aliquod damnum incurreret alicui, quod molendinarii prædicti teneantur emendare damnum patienti, secundum æstimationem faciendam per bonos homines eligendos per Potestatem. & quod molendinarii prædicti teneantur tenere bampatorias suas aptatas in concio, & eas aperire quotiescunque acqua crescit, & omnibus volentibus ire, & redire cum navibus, pœna, & banno librarum quinque pro quolibet, & qualibet vice. Item quod molendinarii prædicti teneantur tenere molendina, & postas ipsorum molendinorum ad livellum, secundum quod erit livellatum per bonos, & sufficientes magistros, quod fieri debeat omni anno, pro cujus mercede, & labore dicti molendi-

narii

narii teneantur solvere de suo proprio, pœna, & banno cuilibet contrafacienti, prout in terminatione super hoc promulgata per D. Sebastianum Renerium, sub die 28. Februarii 1568. a Serenissimo Dominio approbata, ad quam relatio habeatur.

TENOR TERMINATIONIS.

*AVendo il Clarifs. M. Sebastian Renier, per la Serenissima Signoria di Venezia dignissimo Podestà di Cologna, e suo distretto, con proprj suoi occhi veduto, che il letto del Fiume di Cologna si trova già sei mesi ammunito, e innalzato eguale alle rive, per il che era levata del tutto la navigazione, e per ogni minima piena spandeva, e faceva rotte, e innondava questo fertilissimo Territorio; ed essendo stato esposto con universal querela, che tutta questa rovina era causata dalla molta malizia, e ingordigia de' molinari, li quali per li eccessivi loro desiderj avevano fin' ora talmente innalzate le roste, e atterrate, e ammunite le bampadore, e buove antiche, con diverse loro sagacità, e artificj sotto acqua, di modo che il letto del Fiume era talmente atterrato, non potendo scorrere l'immondizie per l'altezza delle roste, e altre cause antedette, che faceva innondar le campagne, le ville circonvicine al Fiume, e in molti luoghi anco li borghi di questa Terra; il che non solo era dannoso alle ragioni de' privati, ma offendeva anco quelle del pubblico; perchè in brevi anni questo così opulente paese sarebbe divenuto del tutto inutile, e fatto d'ogn' intorno valle; al che avendo Sua Magnificenzia con maturo giudizio considerato, sì come ad ogni altro benefizio pubblico di questo Luogo ha sempre invigilato, e ritrovato per viva ragione, che 'l dar corso libero al Fiume, sarebbe stato il vero rimedio di profondar da nuovo il Fiume predetto, e ridurlo ad ogni perfetto termine, mediante il quale si ricupererebbe anco la navigazione di tanta importanza; perciò avendo li giorni passati fatto aprir, e profondar le bampadore, e abbassar, e accomodar le roste, per il che l'acqua del Fiume che ha avuto il suo debito corso, e non più li indebiti sostegni e impedimenti, ha cavato in pochi giorni di modo il letto del Fiume, che l'ha profondato per cinque in sei piedi fin' ora, e tuttavia manifestamente si vede di giorno in giorno più profondarsi, con non mediocre benefizio di tutti li molini, e di più col ristituir la navigazione; e avendo anco, mediante il suo raccordo, ordinato Sua Serenità, che siano fatte le istesse bampadore alli molini del Frassene, dal che anco risulterà la continuata navigazione fino a Padoa, e Venezia, con comodità universale. Però a perpetuo benefizio di questo Luogo, sendo che l'assicurarsi dalle innondazioni, e il ritener la navigazione sia l'aver sempre dette bampadore profonde, e le roste basse, sì come Sua Magnificenzia le ha fatte far di presente, volendo che per l'avvenir*

siano

ſiano per le ſue forze conſervate in queſto ſtato lungamente a gloria di Noſtro Signor Dio, e ſollevazione, e conſervazione di queſto Luogo, con ogni miglior modo e via, che di ragione far ſi poſſa, per il preſente ordine da eſſer perpetuamente oſſervato, ha determinato, ut infra; videlicet, Che in tutti li molini di Cologna, Zimella, Baldaria, e Roveredo ſiano oſſervati gli ordini infraſcritti; videlicet

Primo, Che li doi ſegni di ferro in forma d'arpeſi, ſive chiave, appoſti alli ponti del Caſtello, di San Bortolamio, di Zimella, e di Roveredo, il ſegno più vicino all'acqua, s'intenda quello dell'altezza, che ora ſi attrovano le roſte; e il ſecondo ſegno più alto dell'acqua ſia quello, che s'averà da oſſervare nella creſcezia dell'acque, acciò quando l'acqua ſarà aggionta, o ſupererà tal ſegno, s'attrovino allora le bampadore tutte aperte; e ſe occorreſſe l'abbaſſar delle roſte, ſiano abbaſſati anco li doi ſegni predetti ad egual porzione; e di ciò ne abbia il carico il Giudice de'dugali.

Secondo, Che le buove abbiano ſempre il ſuo letto, e porte profonde cinque piedi dalla ſommità della roſta fino al fondo; nè ſi poſsano ſminuir eſſe miſure, nè col ſcurtar eſſe porte, nè con altra fraude. E ſe l'occorreſſe che 'l foſſe abbaſſato il livello delle roſte, che da quell'in giù ſia profondato il letto di eſſe porte, talchè ſempre ſiano di piedi 5. dalla ſommità della roſta in giù. e le dette buove, ſive bampadore non poſſano eſſer riſtrette dalle miſure, che ora ſi attrovano, quali ſaranno qui ſotto annotate di molino in molino; e le porte predette ſiano unite d'un pezzo, sì come ſono al preſente, le quali ſi levino unite in una volta, e non in più pezzi, e non ſiano con legname di alcuna ſorte, nè con altre tavole, o materia di alcuna ſorte ſtroppata, o diminuita la profondità, o larghezza di eſſe buove; e non ſi poſsa nè di ſopra, nè di ſotto alle buove piantare travi, tavole, pali, o altro impedimento di qual ſi voglia ſorte; e dette buove ſiano aperte le feſte, e nella creſcenzia delle acque, quando che l'acqua ſarà innalzata al ſecondo ſegno poſto nelli ponti del Caſtello, e di San Bortolamio; & etiam ſiano aperte a qualunque voleſſe paſſare con qual ſi voglia ſorte di barca, ſecondo che diſpone il Statuto, ſotto pena alli molinari, o patroni de' molini, ch'eſercitaſſero, che contraffaceſſero in tutto, o in parte all'ordine predetto, di tratti tre di corda, e di pagar lire cinquanta de' piccoli; la metà della qual pena pecuniaria ſia dell'accuſator, da eſſer tenuto ſecreto; e l'altra metà applicata ad arbitrio delli Clariſſimi Rettori, concedendo libertà al Cavalier, e officiali che trovaſſero contraffattori, di eſequir ſubito, e di guadagnar quella parte della pena pecuniaria, che toccheria all'accuſator; e quando che in tempo di notte veniſſe qualche creſcenzia d'acqua, che ſuperaſſe il ſegno, e che non foſſero aperte le bampadore, incorrano quello, o quelli molinari che contraffaranno in pena doppia pecuniaria.

Terzo, Che il trave, e le roſte de' molini non poſſano eſſere innalzate oltra

tra il ſegno che allora ſi attrova; nè anco dalli livellatori, che per tempo livelleranno, e medeſimamonte eſſendo abbaſſate da eſſi livellatori, non poſſano per li molinari eſſere innalzate oltra il ſegno che ora ſono, e per l'avvenire ſaranno poſte dalli livellatori. e in tal' innalzare non poſſano uſar nè legni, nè fraſche, nè leda, nè altra materia, nè commetter alcuna fraude quovis modo in alzar il trave, ed anco in alzar li portoni oltra l'altezza del trave, ſotto le pene del ſopraddetto capitolo.

Quarto, Che le roſte, ovvero bampadore da terra ſtiano baſſe alla miſura, e al livello di quelle di fuori; e quando il fiume mena canne, ovvero ogni altra ſorte di fraſche, le quali ſi affermano oltra le roſte, ovvero bampadore, ſiano tenuti li molinari ſubito levarle, acciò non impediſcano il corſo dell' acqua; e li molinari ſiano obbligati tener in conzo li loro penelli, quali ſiano lunghi dalla parte di ſopra pertiche 4. e dalla parte di ſotto pertiche 6. da un canto e l'altro del fiume, ſecondo il Statuto; avvertendo, che detti penelli ſiano fatti vicini, e a canto le ſtrade, in modo che non intacchino il fiume, nè impediſcano, nè intertenghino il corſo dell'acqua; e detti molinari ſiano anco obbligati tener in conzo le ſue bampadore, cioè li ſtili, molinelli, cadene, ed eſse porte tutte d'un pezzo, come è predetto, ſotto pena di lire 25. per cadauno, e cadauna volta che contraffaceſsero in tutto, o in parte a quanto ſi contiene in queſto capitolo; della qual pena ſia la metà dell'accuſatore, ovvero del cavaliero, vel officiali che faceſsero l'eſecuzione; e l'altra metà applicata ad arbitrio delli Clariſſimi Rettori.

Quinto, Che ogn'anno nel tempo dell'eſtade, che le acque ſono magre il Spettabil Giudice de' dugali ſia tenuto mandar a tuor doi livellatori foreſtieri a ſpeſe delli molinari, sì come ordina il Statuto; quali livellatori abbiano a livellar li travi, e roſte delli molini, non potendo in tal loro livellazione innalzarle dal ſegno, che ora ſi attrovano, ma ben abbaſsarle; nè da quel livello li molinari poi debbano partirſi; e ſe nell'alzar il palo, e roſte commetteſsero fraude alcuna, ſiano ſottopoſti alle pene del capitolo ſecondo, e il Giudice dei dugali ſia tenuto andar a riveder una volta al meſe li molini, e ritrovando contraffazione, abbia il benefizio della metà della pena, ovvero poſsa applicarla a ſuo arbitrio.

Seſto, Che il cavalier, cavallari, e altri officiali poſsano a loro beneplacito andar ſopra li molini, per vederſe foſse ſtata commeſsa alcuna fraude contra li ordini ſopraddetti; ed eſsendo impediti, o moleſtati anco con parole ingiurioſe, quello, o quelli li deſsero moleſtia alcuna, s'intendano eſſere incorſi in pena di lire cinquanta, da eſserli tolta ſubito, oltra l'altre pene, ad arbitrio delli Clariſſimi Rettori; e trovando li detti contraffazione alcuna, poſſano tuorli li pegni per la pena, e ſubito far notar la contraffazione, ed eſecuzione ad un tratto.

Settimo, Che alle ſopraddette pene ſiano tenuti li patroni de' molini, che eſer-

*esercitassero quelli, ovvéro affittuali; e tutti quelli, che stessero sopra li molini, e che da essi avessero parte del guadagno. e s'alcuno di questi fosse l'accusatore, mentre alcun'altro non avesse prima accusato, abbia il benefizio dell'impunità, e della pena pecuniaria, che perviene alli altri accusatori.*

*Ottavo, Che siano obbligati li massari di Zimella, Baldaria, e Roveredo denonciare le contraffazioni predette l'istesso giorno che fossero commesse, e massime quelle dell'aprir le porte le Feste, e le crescenzie, sotto l'istesse pene, che hanno li molinari.*

Lecta, & publicata fuit suprascripta terminatio, cum antedictis Capitulis ad præsentiam, & jussu Clarissimi Domini Sebastiani Renerii, dignissimi Potestatis Coloniæ, sedentis in sala magna Palatii, in Consilio Spectabilis Communitatis, congregato de ejus Magnificentiæ mandato, die 28. Februarii 1568. per me Petrum de Vejentibus Cancellarium, astantibus pluribus, & præsertim Excellente Domino Antonio Grazia, & Excellente Domino Alexandro de Notariis, & Domino Jacobo Mercante, & aliis.

*Le misure de' Molini sono le infrascritte.*

ZIMELLA.

*Il molin del Conte Zuanne, e fratelli Tiene.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *La prima buova appresso il molin larga* | *piedi* | 6 | *onc.* | 1 |
| *La seconda* | *p.* | 5 | *onc.* | 11 |
| *La terza* | *p.* | 6 | *onc.* | 1 |

*Il molin di Bernardin Cavazzon, quondam Trojano.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *La prima larga* | *p.* | 5 | *onc.* | 8 |
| *La seconda* | *p.* | 5 | *onc.* | 9 |
| *La terza* | *p.* | 5 | *onc.* | 2 |

BALDARIA.

*Il molin del Magnifico Governator M. Zuanne Marcello.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *La prima larga* | *p.* | 6 | *onc.* | |
| *La seconda* | *p.* | 5 | *onc.* | 11 |

*Il*

*Il molin del Mag. M. Antonio Cauchiollo.*

| | |
|---|---|
| *La prima larga* | p. 6 onc. 4 |
| *La seconda* | p. 5 onc. 8 |

COLÒGNA.

*Il molin delli Eredi del quondam M. Cristoforo Maeachiò.*

| | |
|---|---|
| *La prima larga* | p. 6 onc. 1 |
| *La seconda* | p. 5 onc. 10 |
| *La terza* | p. 5 onc. 3 |

*Il molin di M. Filippo Pelizzaro.*

| | |
|---|---|
| *La prima larga* | p. 5 onc. 11 |
| *La seconda* | p. 5 onc. 8 |
| *La terza* | p. 6 onc. |

*Il molin di sotto dal Pelizzaro, detto il molinetto.*

| | |
|---|---|
| *La prima di* | p. 5 onc. 4 |
| *La seconda larga* | p. 6 onc. 4 |

*Il molin di M. Zuanne Grazia.*

| | |
|---|---|
| *La prima larga* | p. 5 onc. 7 |
| *La seconda* | p. 6 onc. |
| *La terza* | p. 4 onc. 5 |

*Il molin del Magnifico Governator Marcello.*

| | |
|---|---|
| *La prima larga* | p. 5 onc. 4 |
| *La seconda* | p. 6 onc. 7 |

*Il molin delli Eredi di M. Antonio Maria, e Bernardin Mercanti.*

| | |
|---|---|
| *La prima larga* | p. 6 onc. 5 |
| *La seconda* | p. 5 onc. 9 |

*Il molin di San Bortolamio.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *La prima larga* | *piedi* | 5 | *onc.* | 10 |
| *La seconda* | *p.* | 6 | *onc.* | 4 |

*Il molin di Madonna Onesta Fumanella.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *La prima larga* | *p.* | 3 | *onc.* | 10 |
| *La seconda* | *p.* | 4 | *onc.* | 3 |
| *La terza* | *p.* | 5 | *onc.* | |

*Il molin di M. Faustin Fadini.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *La prima larga* | *p.* | 6 | *onc.* | |
| *La seconda* | *p.* | 5 | *onc.* | 10 |

*Il molin delle Reverende Monache di Santa Giustina di Venezia.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *La prima larga* | *p.* | 6 | *onc.* | |
| *La seconda* | *p.* | 5 | *onc.* | 10 |

*Il molin dei Manzini.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *La prima larga* | *p.* | 6 | *onc.* | 2 |
| *La seconda larga* | *p.* | 6 | *onc.* | 4 |

*Quod Judex dugalium debeat solicitare, & procurare, quod prædicta fiant.*

## CAPUT XXI.

ITEM, quod Judex dugalium Communis Coloniæ, qui nunc est, vel pro tempore fuerit, teneatur, & debeat ad minus bis in anno, videlicet de mense Martii, & Augusti ire ad videndum prædicta, & solicitare, quod executioni mandentur in omnibus, & per omnia, ut supra dictum est.

De

*De securitate præstanda per saltuarios.*

## CAPUT XXII.

ITEM statuimus, quod quilibet saltuarius, vel saltuarii teneantur facere securitatem Communitati illius loci, sub quo fecerint custodiam, qui est, vel pro tempore erit, pœna decem librarum pro quoque; & custodire, & salvare bona sortis, & regulæ, & attendere præcepta Potestatis ei facta ad voluntatem consortum, & dictæ sortis, & regulæ reddere damnum factum in sorte, sive in regula, unde nescirent reddere rationem, vel dare malefactores, qui damnum fecissent, & hoc in banno 20. solidorum pro unoquoque, & unaquaque vice, ad terminum sibi datum per Potestatem. non teneantur tamen prædicti saltuarii custodire bona in campaneis existentia, postquam patroni ipsorum bonorum partem eorumdem cœperint asportare, nisi de ipsis bonis restantibus in campaneis dictis saltuariis notitiam dederint.

*De contumacia saltuariorum.*

## CAPUT XXIII.

AD evitandas fraudes, quæ per saltuarios committerentur, si continue in officio permanerent, statuimus, quod quilibet, qui saltuarius, aut socius saltuarii fuerit in quaque campanea, & villa pro uno anno, non possit pro sequenti anno officium saltuariæ exercere, sed habeat contumaciam unius anni peragere pœna librarum 25. & privationis officii per decennium, tam saltuario, quam ejus socio.

*Saltuarii dicant in manifestis suis quantitatem damni, & locum, & diem.*

## CAPUT XXIV.

ITEM statuimus, quod saltuarii teneantur dicere, & declarare in suis manifestationibus quantitatem fructuum, uvarum, bladarum, & aliarum rerum, quas viderint accipi, seu acceptas esse per aliquam personam manifestatam per eos, & diem damni dati, & locum ubi damnum datum fuerit. quod si non fecerint, puniantur pro quolibet, & qualibet manifestatione in viginti solidis, & emendent damnum passum.

*Saltuarii faciant manifesta sua infra tres dies, & minores septem annis non possint manifestari.*

## CAPUT XXV.

ITEM statuimus, quod saltuarii teneantur manifestare sacramento suo personas, & bestias facientes damnum contra regulas, & statuta regularum, & sortium, Notariis Terræ Coloniæ, & villarum, vel eorum nunciis infra tres dies, postquam viderint eas facere supradicta. quod si non manifestaverint ad terminum prædictum, puniantur pro quolibet, & qualibet vice in libris quinque. & quod nullus minor septem annis possit, vel debeat manifestari, nec teneri in aliquo banno sortium, & regularum prædictarum, licet reperiretur contrafecisse contra dictas regulas, & sortes. & quod nulla persona possit, nec debeat manifestari in stratis publicis, nec in aliquo alio loco, nisi reperiretur in regulis, & sortibus fuisse, & facere contra ordinem regularum, & sortium. & persona a septem annis supra, quæ inventa fuerit per aliquem, vel per aliquos, qui manifestare possent in stratis publicis, vel in aliis quibuscunque locis dictarum regularum, & sortium, & regularum terrarum dictæ Potestariæ Coloniæ, ducere, seu portare, vel habere ligna, seu herbas salvaticas, seu domesticas, uvas, vel alios fructus, vel aliquod aliud accepisse, vel fecisse contra Statuta, sive ordinamenta dictarum regularum, & sortium, intelligatur facere, & fecisse damnum, & damnum dedisse in dictis regulis, seu sortibus, nisi dicta persona dictis saltuariis, vel aliis, qui manifestare possint requirentibus parata fuerit ostendere, vel ostenderit manifeste locum proprium, vel saltem teneat vel laboret, de quo loco dictas res acceperit, vel portaverit, juste accipere, vel unde juste ad eam pervenerit. quod si non fecerit, puniatur secundum Statuta, & ordinamenta dictarum regularum, & sortium, & emendet damnum passo, secundum quod fuerit æstimatum. & quod Notarius, qui scribit manifestationes, teneatur scribere in manifesto diem, in quo datum fuerit damnum. & si dies damni dati non fuerit scriptus in manifesto, quod manifestatio facta non præjudicet manifestatis, & absolvantur, & absoluti sint ipso Jure a dictis manifestationibus, non obstante aliquo Statuto loquente in contrarium.

Quod

*Quod ſaltuarii non faciant furtum.*

## CAPUT XXVI.

ITEM ſtatuimus, quod ſi quis ſaltuarius alicujus ſortis, ſive regulæ, vel aliqua perſona de familia ſua fecerit aliquod furtum in eadem regula, & ſorte de rebus ſortis, vel alterius conſortis, aut conſenſerit, aut celaverit aliquam manifeſtationem, puniatur in libris quinque pro quolibet, & qualibet vice; & de prædictis quilibet ſit accuſator, & habeat medietatem banni.

*Nullus ſaltuarius ducat ſecum aliquam perſonam per ſortem.*

## CAPUT XXVII.

STATUIMUS etiam, quod nullus ſaltuarius debeat ducere ſecum aliquam perſonam per ſortem ſua auctoritate, ſine licentia Poteſtatis, & qui contrafecerit, emendet in quinque libris pro quoque, & unaquaque vice. & pariter non debeat tenere domi ſuæ, nec alibi animalia, ſub pœna librarum 5. & privationis officii ſaltuariæ per annos 5. & pariter ſub eadem pœna non debeat aliquis ſaltuarius ire ad laborandum, nec operas ſuas alicui præſtare, ut pro utilitate publica prædia, & poſſeſſiones diligenter cuſtodiantur.

*De manifeſtationibus ſaltuariorum publicandis, & eſtimationibus damnorum petendis, & de ſaltuariis ſolvendis.*

## CAPUT XXVIII.

STATUIMUS, & ordinamus, quod omnia, & quæcunque manifeſta, & accuſationes, quæ inſtituuntur contra aliquem tam per ſaltuarios, quam dugalerios, & juriſdictionem habentes manifeſtandi, publicari debeant per Notarios, ad hoc deputatos in locis publicis, ad claram omnium intelligentiam quolibet die Dominico, ſcilicet manifeſta, quæ de hebdomada in hebdomadam ſcriberentur, quolibet die Dominico ſubſequenti publicentur. aliter manifeſta ipſa, & accuſationes factæ, quæ non publicabuntur, ut ſupra, ſint ipſo Jure nullæ, & caſſæ, quoad ipſos accuſatos, & manifeſtatos, ita quod ab eis domini damnorum paſſorum quicquam petere non poſſint, ſed ad ea obligati ſint Notarii in futurum deputandi, qui manifeſta modo prædicto non publicaverint. & a publicatione manifeſtorum facta habeant terminum manifeſtati dierum 20. ad ſe gravandum, aut mittere

tere ad librum Manifestorum, & ibi se simplici verbo gravare. quo termino transacto, & non exposito gravamine, manifesta ipsa sint valida, & nil contra ea opponi possit. Item quicunque habuerint aliquas æstimantias pro damnis sibi illatis, & eas non petierint in judicio, infra sex menses continuos a die æstimationis citra, sibi solvi a damnatoribus dandis a saltuariis infra tempus, infra a Statuto proximo declarandum, amplius non audiantur, nec manifestati ipsi cogi possint ad aliquam solutionem earum, imo in totum absoluti intelligantur, ac domini æstimantiarum soluti, ac satisfacti intelligantur. saltuarii vero, si per totum mensem Augusti saltuariarum suarum mercedes bladarum a spicu, & leguminum minutorum per totum mensem Octobris in judicio non petierint, amplius non audiantur, nec eas amplius petere possint.

*Infra quantum tempus saltuarii teneantur denunciare dominis camporum damna infecta, & de pœna contrafacientium.*

## CAPUT XXIX.

STATUIMUS, & ordinamus, quod omnes & singuli saltuarii regularum, sortium, terrarum, & possessionum districtus Coloniæ per se, vel alios teneantur denunciare domino prædiorum, sive petiarum terrarum, de quibus saltuarii sunt, aut alicui de familia sua damna, quæ ipsi domini ignorarent, eis data in ipsis possessionibus, & damnatores dare infra 15. diem a tempore damni dati. quod si non fecerint, teneantur emendare damnum eis, qui ipsum sustinuerint, secundum quod fuerit æstimatum, vel secundum quod fuerit probatum, data electione ipsis damnum passis probandi, vel faciendi æstimari; & quod Potestas teneatur compellere ipsos saltuarios, & eorum assecurationem ad emendationem ipsorum damnorum, secundum quod fuerit æstimatum, vel probatum, nisi ipsi saltuarii damnatores, & manifestationes de eis legitime factas darent. quæ damna possint peti infra 2. menses solummodo ab ipsis saltuariis continuos a tempore, quo ipsi domini sciverint ipsum damnum esse datum, & de scientia, vel ignorantia credatur, & stetur sacramento ipsorum dominorum; & hoc non obstante aliquo Statuto loquente in contrarium, nisi aliter de scientia legitime probaverit.

In

*In quibus locis ſit licitum paſculare, & in quibus non, & ubi ſit licitum facere herbam.*

## CAPUT XXX.

ITem ſtatuimus, quod omnes beſtiæ poſſint paſculare extra damnum, & extra ſortes, & quod nullus poſſit paſculare cum beſtiis in viis ſortium, ſive vicinalium ſine licentia ſaltuariorum ipſarum ſortium. Item quod nullus poſſit paſculare cum ſuis beſtiis in alicujus bladis, nec facere herbam in alienis pratis, ſive terris ſine licentia dominorum, & ſaltuariorum, & aliter paſculare non poſſint. Item tempore, quo prata ſecantur quilibet poſſit cum ſuis beſtiis, cum quibus debet carrizare, paſculare impune in pratis de quibus carrizabitur. & hæc omnia, quæ dicta ſunt de alienis pratis, bladis, & terris, in quibus paſculari non poſſit ſine licentia dominorum, & ſaltuariorum, habeant locum in vineis alterius, & fructibus arborum. Item, quod quælibet perſona poſſit cum ſuis beſtiis paſculare, & facere herbam in viis publicis extra ſortes, & etiam in vigris, & ſtrepulis extra ſortes, & damnum. & hæc intelligantur ubi non ſunt vineæ. Item quod quælibet perſona poſſit facere herbam in ſorte, & extra ſortem.

*Quod poſt feſtum Sancti Michaelis uſque per totum menſem Martii liceat impune in pratis paſculare.*

## CAPUT XXXI.

STatuimus, quod quælibet perſona Coloniæ, & ejus diſtrictus cum ſuis beſtiis poſſit paſculare in pratis macris impune poſt feſtum Sancti Michaelis de menſe Septembris uſque per totum menſem Martii: in pratis vero pinguioribus, & in pratis quæ adaquantur, ante diem 15. Octobris impune paſculare nemo poſſit.

*De pœna alicujus perſonæ facientis damnum in bladis, & leguminibus.*

## CAPUT XXXII.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi aliqua perſona inventa fuerit in campanea Coloniæ, faciens damnum de bladis, & leguminibus, puniatur de faſſo, & minus faſſo in 40. ſol., de ſomma in 100. ſol., de plauſtro in 10. lib. in die; & in nocte duplum, & reddat damnum ut ſupra. Item ſi inventa fuerit in aliqua di-

dictarum fortium & regularum faciens damnum in herbis, fructibus quibuscunque, & granis, & aliis rebus comedibilibus, emendare debeat de canestro, & inde inferius 20. sol., de sacco 40. sol., de somma 60. sol., de plaustro 10. lib. in die; in nocte vero duplum. & illud idem intelligatur in uvis, lino, canipo, & omnibus aliis similibus; & ulterius reddere debeat damnum, secundum æstimationem faciendam.

*De pœna illius, qui inciserit, vel exstirpaverit alienas vineas, seu de plantis earum.*

## CAPUT XXXIII.

ITem statuimus, quod si qua persona inciserit, & exstirpaverit alienas vineas existentes in dictis regulis, seu fortibus, aut hortalibus, seu viridariis dictæ Potestariæ Coloniæ, puniatur pro quolibet, & qualibet vice; & qualibet vinea incisa, vel exstirpata, a decem vineis infra in lib. 25., scilicet in die; in nocte vero duplum. ab inde vero supra puniatur realiter, & personaliter ad voluntatem, & arbitrium Potestatis, inspecta qualitate, & quantitate damni, & conditione personarum, & reddat damnum patienti secundum quod fuerit æstimatum. si vero inciderit de palmitibus ipsarum vinearum, puniatur de fasso, & minus fasso in lib. 10., de somma in lib. 100. ab inde vero supra ad arbitrium Potestatis, nisi ipsa omnia fecerit de licentia, & voluntate domini ipsarum vinearum, de qua licentia stetur sacramento domini, & de prædictis omnibus & singulis quilibet sit accusator, & habeat medietatem banni.

*De pœna euntis cum bestiis, sive cum plaustro, vel cum aratro per alienam terram sine licentia domini.*

## CAPUT XXXIV.

STATUIMUS etiam, quod si quis iverit cum bestiis, sive cum plaustro, vel cum aratro per alienam terram sine licentia domini, emendet de bestiis, sive plaustro 5. sol., de bestiis cum plaustro 10. sol. pro quolibet, & qualibet vice in die; in nocte vero duplum, & reddat damnum.

De

*De pœna intrantis in hortum, vel broilum, seu viridarium, vel clausuram sine licentia.*

## CAPUT XXXV.

STATUIMUS etiam, quod nullus intret in hortum, broilum, seu viridarium, seu clausuram sine licentia domini ipsius rei, vel ejus uxoris, vel filii majoris 20. annis, & si in aliquo prædictorum contrafactum fuerit, puniatur contrafaciens in lib. 5. & in restitutione damni.

*De pœna bestiarum magnarum pasculantium in damno, & de æstimatione damni.*

## CAPUT XXXVI.

ITEM statuimus, quod si aliqua bestia magna inventa fuerit in dictis regulis, seu sortibus, vel in aliqua earum, faciens damnum in blada, seu leguminibus, in vineis, & etiam aliis rebus fructiferis, lino, & canipo, condemnetur pro unaquaq; bestia in die 8. sol.; in nocte vero duplum, & reddat damnum patienti, secundum quod erit æstimatum per consortes, seu æstimatores constitutos ad hoc per commune; & ille qui inventus fuerit cum dictis bestiis, puniatur in 8. sol. pro unaquaque vice in die; in nocte vero duplum. si vero pasculaverit in pratis dictarum sortium, seu regularum, emendet pro unaquaque vice in die 4. sol.; in nocte vero duplum, & reddat damnum, & custos qui cum eis erit, puniatur in 8. sol. in die; in nocte vero duplum. in vigris vero, qui non secantur, vel soliti sint secari, & in terris vacuis alienis ipsarum regularum, & sortium, cuilibet liceat impune pasculare. circa vero damna solvenda non teneantur illi, quorum erunt bestiæ, nec illæ bestiæ damnum facientes, solvere, seu reddere de ipso damno, nisi tantum, quantum fuerit æstimatum verisimiliter ipsas bestias dare potuisse illa vice, seu vicibus, quibus inventæ, seu manifestatæ fuerint damnum dedisse, & residuum dicti damni restituatur per commune villarum, vel saltuarios, vel alias personas, quæ ad hoc tenerentur de Jure. & illud idem intelligatur in omnibus, & singulis aliis Statutis loquentibus de damnis datis. & salvis præmissis, si aliqua bestia magna, vel parva inventa fuerit de nocte in bladis, & campis seminatis, possit impune interfici. & possint etiam patientes damnum bestias sibi damnum dantes capere, & ponere super hospitio, a quo non extrahantur, nisi prius soluta pœna, & quocunque damno, & expensis: & insuper dominos

minos dictarum bestiarum possint officio criminali damnorum datorum Potestati denunciare, non derogando consuetudinibus, & jurisdictionibus illorum communium, quæ non tenentur ad pœnam manifestorum.

*De pœna bestiarum minorum pasculantium.*

## CAPUT XXXVII.

ITem statuimus de bestiis minoribus, & primo de sclapio ovium; si inventæ fuerint in dictis regulis, & sortibus, seu in aliqua earum pascentes, & damna facientes in bladis, seu leguminibus, vineis, & aliis arboribus fructiferis, lino, & canipo, emendet in die in lib. 5.; in nocte vero duplum, & reddat damnum patienti, secundum quod erit æstimatum, ut supra, & pastores qui cum eis erunt, in 20. sol. pro quolibet in die; in nocte vero duplum. & sclapum ovium intelligatur a 20. superius, quantæcunque quantitatis sit. ab inde vero infra de prædictis bestiis minoribus si inventæ fuerint in prædictis bladis, vel rebus faciẽtes damnũ, seu pascẽtes, seu euntes per dictas regulas, vel sortes, emendet pro unaquaque vice, & bestia in sol. 4. in die; in nocte vero duplum, & reddat damnum patienti, secundum quod erit æstimatum, ut supra; & caprarius qui cum eis erit emendet sol. 20. in die; in nocte vero duplum. si vero anseres alicujus personæ damnum dederint in bladis, leguminibus, vineis, & herbis ad manducandum in terris, & possessionibus existentibus circa Terram Coloniæ, & hortalibus positis in ipsa Terra, seu burgis, quod illa persona cujus essent, puniatur pro qualibet vice in sol. 10. & reddat damnum. & de prædictis stetur sacramento ejus, qui damnum sustinuerit cum probatione unius testis. de grege vero porcorum, & porcarum usque ad 5. & ab inde inferius, puniatur in 5. sol. in die pro quolibet; in nocte vero duplum pro qualibet vice; ab inde vero supra in sol. 4. in die; in nocte vero duplum, & reddat damnum patienti, & porcarius qui cum eis erit, emendet 5. sol. pro quolibet, & qualibet vice in die; in nocte vero duplum. & prædicta locum habeant tantum, quando invenirentur in vigris, & herba salvatica. si vero in bladis, leguminibus, & quibuslibet aliis rebus fructiferis, lino, canipo, & aliis rebus similibus reperiantur, emendet pro quolibet usq; ad quinque sol. 8., ab inde vero supra sol. 15. pro quolibet, & qualibet vice in die; in nocte vero duplum, & reddat damnum, ut supra; & porcarius, sive porcarii emendent pro quolibet sol. 10. in die; in nocte vero duplum. & quælibet persona, cujus essent bestiæ cujuscunque generis, facientes contra

Sta-

Statuta, & ordinamenta prædicta, teneatur emendare, & solvere damna, & manifesta pro suis famulis, seu custodibus ipsarum bestiarum, prout in supradictis Statutis, & ordinibus continetur. De gallinis vero pro qualibet, & quaque vice in sol. 1. & reddat damnum patienti dominus gallinarum, secundum quod fuerit æstimatum.

*Quod in Terra Coloniæ, & qualibet villa teneatur grex porcorum.*

## CAPUT XXXVIII.

STATUIMUS, quod in Terra Coloniæ, & qualibet villa districtus teneri debeat unus grex porcorum, & porcarum cum porcario, ita quod omnes habentes porcos, seu porcas in Terra Coloniæ, & villis, mittat illos ad illum gregem, alioquin quod teneant eos porcos, & porcas in domibus, vel curtivis suis clausos, & inde non permittant exire, banno pro quolibet, & qualibet vice 20. sol. in die; in nocte duplum; & de hoc quilibet sit accusator, & habeat medietatem banni. & si aliquis dictorum porcorum, & porcarum repertus fuerit in domibus, curtivis, broilis, & hortis clausis Terræ, & burgorum Coloniæ, possit impune interfici.

*Quod spigatores non intrent campos, nisi &c.*

## CAPUT XXXIX.

STATUIMUS, & ordinamus, quod nullus spigator, & spigatrix debeat intrare in campos bladorum, vel leguminum, donec capæ non fuerint ligatæ, & carrizatæ; nec in vineis, donec vineæ non fuerint vindemiatæ; & qui contrafecerit, puniatur pro qualibet vice in sol. 40., & quilibet sit accusator, & habeat medietatem banni.

*De damnis illatis per ignem emendandis.*

## CAPUT XL.

ITEM statuimus, quod si aliqua persona posuerit, sive inventa fuerit ponere ignem in campaneis Coloniæ, & sui districtus, vel in pratis, sive in terris cum vineis, vel sine vineis, seu cum aliis arboribus fructiferis, sive nemoribus, aut strepulis, sive bladis, & aliis rebus, & damnum commiserit alicui ex dicto igne, emendet pro unoquoq; & unaquaque vice in 100. sol. & reddat damnum patienti, secundum æstimationem factam de eis damnis per æstimatores commu-

nis Coloniæ juratos, & Communitatum diſtrictus, congrua congruis referendo.

*De quibus credatur uno conſorti cum uno teſte, & ſine teſte, & uſque ad quam quantitatem.*

## CAPUT XLI.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod uno conſorti cum uno idoneo teſte credatur cum ſacramento in manifeſtando, & ejus manifeſtationi ſtetur, & credatur. de damni vero quantitate ipſi conſorti, aut domino rei cum dicto teſte, & juramento credatur, & ſtetur uſque ad quantitatem, ſeu valorem 60. ſol. uſque vero ad quantitatem ſol. 20. credatur uni conſorti, aut domino rei cum ſacramento ſine aliquo teſte de damno ſibi dato, inſpecta qualitate, & conditione ipſius conſortis, & domini.

*De pœna cavantium terminos poſſeſſionum.*

## CAPUT XLII.

ITEM ſi aliqua perſona evulſerit, ſeu exſtirpaverit, ſeu exſtirpari, vel evelli fecerit manualiter de confinibus terminos alicujus, emendet pro qualibet vice 25. lib. & terminus in ſuo ſtatu redigatur. Si vero cum aratro, ut dictum eſt, teneatur ea die, vel ſequenti denunciare illis perſonis tenentibus, & laborantibus terras, confinantes dicto termino, vel ad domum ſuæ habitationis, quod dictum terminum cum aratro exſtirpaverit, & non fraudulenter; & quod dictum terminum, ſeu terminos paratus eſt ſuis expenſis reponere in ſuo priſtino ſtatu. quod ſi non fecerit, puniatur in centum ſolidis, & nihilominus dictum terminum, ſeu terminos in ſuum priſtinum ſtatum ſuis expenſis reducere teneatur.

*De pœna facientium foſſatum, ita quod aqua faciat damnum in alienis terris.*

## CAPUT XLIII.

ITEM ſi quis fecerit foſſatum, vel ſcolaverit, vel foderit, ſeu fodere fecerit, ita quod aqua fecerit damnum in alicujus terris, ſive pratis, ſeu bladis, vel in aliis rebus, emendet in die 10. ſol.; nocte duplum pro quolibet, & unaquaque vice, & reddat damnum, &

& dictum fossatum in pristinum statum reducatur expensis ejus, qui illud fecerit, seu fieri fecerit banno prædicto.

*Quod quilibet consors possit facere fossatum longe a termino confinium per unum pedem.*

## CAPUT XLIV.

ITEM, quod quilibet consors possit facere fossatum longe a termino per unum pedem; & si contrafecisset, removeatur ad voluntatem gravantis; & qui contrafecerit, puniatur in 20. sol.; & si factum fuisset, in suo statu reducatur, & impleatur.

*Per quantum spatium arbores, & vineæ debeant plantari a termino confinium, & de cesiis.*

## CAPUT XLV.

STATUIMUS etiam, quod quilibet consors, seu quælibet alia persona volens plantare aliquam arborem fructiferam, vel non fructiferam, illam debeat plantare longe a termino confinium per tres pedes, præter moros, quæ de cætero debeant plantari longe a termino confinium per decem pedes ad minus. vineam vero si quidem plantare voluerit, ipsam plantare possit, & debeat longe ab ipso termino per unum pedem, & non minus. & si aliqua arbor fructifera, vel non fructifera nasceretur prope dictum terminum infra dictos tres pedes, quod ipsa debeat exstirpari per eum, in cujus terra nata fuerit infra tres dies, postquam præceptum eidem fuerit. & qui contrafecerit emendet 40. sol. pro quolibet, & qualibet vice, & ipsas arbores removere teneatur; exceptis cesiis, quæ possint plantari in confinibus, & quæ cesiæ non possint ascendere in altitudinem ultra quantitatem octo pedum. & hoc Statutum futuris det formam negotiis, & non ad præterita revocetur, & non habeat locum in cesiis existentibus prope vias, nec in nemoribus.

*De lignamine non accipiendo, & de pœnis contrafacientium.*

## CAPUT XLVI.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi quis intraverit in aliquem campum, & de lignamine acceperit, emendet de faſſo, & minus faſſo in una libra, de ſomma in 40. ſol., de plauſtro in 100. ſol. in die; in nocte vero duplum, & reddat damnum. & ſi alicui qui non haberet vineas, vel arbores inventum fuerit lignamen in domo habere, vel area, vel curte, vel alibi, teneatur reddere rationem, unde, & quomodo illud habuerit. ſi inde requiſitus fuerit per aliquem officialem, aut conſortem, & non reddiderit rationem, præſumatur illud abſtuliſſe cum damno, & priori conquerenti de eodem damno de prædicto lignamine ſibi invento ſatisfacere compellatur, tanquam ſi conſtiterit eum damnum dediſſe. & quælibet perſona præſumatur damnum dediſſe, quæ vineas, vel fructus non haberet in illa parte, qua abſtulerit de illis, niſi de licentia domini illius loci, unde abſtuliſſet, hoc feciſſet, de qua licentia ſtetur ejus ſacramento.

*Quod nulla perſona ſuper dorſum portet de lignaminibus ab occaſu uſque ad ortum Solis, nulluſq; operarius veniens a laborerio.*

## CAPUT XLVII.

ITEM ſtatuimus pro conſervatione frugum, & introituum, quod nulla perſona conducere, ſeu portare audeat ſuper dorſum ad domum, & alium locum de aliquibus lignaminibus alienis ab occaſu uſque ad ortum Solis ſequentis diei; & qui contrafecerit, puniatur pro quolibet, & qualibet vice in ſol. 25. Item, quod nullus operarius veniens a laborerio alicujus, audeat ducere aliqua ligna de vineis, & locis ubi laboraverit, banno prædicto. & de prædictis credatur uno conſorti cum uno teſte.

*De pecudibus mittendis extra territorium.*

## CAPUT XLVIII.

STATUIMUS etiam, quod ſi aliqua perſona habeat pecudes in Colonia, & ejus diſtrictu, eas tenere non poſſit in Colonia, nec in aliqua villa diſtrictus a prima die menſis Aprilis uſque ad feſtum Sancti Bartholomæi, banno, & pœna 25. librarum pro qualibet parte pecudum.

De

*De construendis domibus, & furnis in villis, & eorum distantia.*

## CAPUT XLIX.

ITEM statuimus, quod propter incendii periculum evitandum, omnes & singuli furni villarum, & locorum districtus Coloniæ debeant esse separati, seu distare a domibus per sex perticas, & qui furnum contra prædicta habuerit, condemnetur in centum solidis, exceptis furnis, qui sunt in domibus muratis, coopertis de cupis, seu juxta ipsas domos. Domus autem quæ construi debent in villis, & campaneis earum, non possint construi, nec ædificari, nisi servata forma partis Communitatis Coloniæ, per Serenissimum Dominium approbatæ, cujus tenor sequitur.

*Ex registro Spectabilis Communitatis Coloniæ.*

IN Christi nomine, amen. Anno Nativitatis ejusdem Domini 1497. die 9. mensis Januarii. Congregato Consilio Communitatis Coloniæ intus, & extra loco, & more solitis, in quo intersuerat Mag. & generosus D. Hieronymus Maripetro, pro Illustrissimo Duc. Dominio Venet. Coloniæ, suique districtus Potestas dignissimus, & D. Joannes Macachiò Vicesindicus Communitatis Coloniæ, cum Consiliariis de intus 20., & Ser Petrus Cardo Sindicus Communitatum de extra, cum Massariis ipsarum Communitatum 14. per præfatum Dominum Sindicum expositum fuit, ut infra.

*Essendo introdotta da alcuni anni in qua una corrutella dannosa all'università di questa Comunità di dentro, e fuora per il fabbricar alcuni casotti in campagna, sì di Cologna, come delle Ville, che alcuni che non hanno più terre, nè altre possessioni, e questo per poter, essendo più lontani dalli altri, meglio aver sua intenzione circa il tuor di questo, e di quello, e dannizar biave, e vignali, e altre sorte di campagna, come per esperienzia s'intende da tutti;* adeo *che alcuni avendo l'occhio a questo, vendono alla villa, e vanno ad abitar in campagna per tal' occasione; le bestie de' quali, le loro persone, e la sua famiglia a tutte le ore fanno danni in tutte lo possessioni, sì in guastar vignali, come biave, e altre sorte, con detrimento non poco ai questi luoghi, però*

*L'anderà Parte, che* de cætero *niuna persona non ardisca, nè si presuma fabbricar alcuna casa di che sorte, e condizione si sia per abitazione delle persone nella campagna della Terra di Cologna, e in le campagne delle ville, e del suo distretto, se tal fabbricante non averà almeno campi venticinque tra proprii, e livellarii in tal campagna,* etiam de propinquo, *e la pezza ove farà tal casa sia almeno di campi tre, sot-*

to

*to pena de Lire 25. per cadauna volta che sarà contraffatto, e da esserli rovinata tal casa; delle quali Lire 25. la metà sia delli Magnifici Rettori, che qua si troveranno in quel tempo, e l'altra metà dell'accusator:* tamen *si possa fabbricar appresso la Terra di Cologna, e di dette ville per spazio di perteghe cento; e se si trovasse case fatte fin' ora contra la presente Parte in dette campagne, non si possano ampliare, nè altrimente sostentare sotto le pene predette.*

*Ex eodem, fol.* 11.

LEONARDUS Lauredanus, Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus, & sapientibus viris, Petro Calbo, de suo mandato Potestati Coloniæ, & successoribus fidelibus dilectis salutem, & dilectionis affectum. Cum nobis supplicatum esset nomine fidelissimorum istorum Communitatis hominum, & districtualium nostrorum pro confirmatione partis cujusdam in suis Consiliis captæ laudatæ per præcessorem vestrum, Jacobum Pizzamanum, per quam partem sub certis pœnis prohibetur, ne quis possit amplius fabricare ullam casam, seu quodvis tuguriolum in aliqua campanearum istarum, nisi ille talis fabricator prorsus haberet campos 25., & tres saltem vicinos, & contiguos dictæ casulæ, quam vellet sibi construere. Nuperrime vero intelleximus & literas, & responsionem vestram, ex quo credi habemus semper commodum, & securitatem eorundem fidelium nostrorum, partem prædictam utpote salubriter excogitatam, quatenus ad futurorum respectum habeat, laudamus, & præsentium tenore approbamus, & confirmamus, ita ut de cætero vim suam obtineat integre; non autem ad illas pauperum casulas demoliendas sese extendat, quæ ante hanc diem constructæ jam fuissent, de quibus neq; pars ipsa loquitur, neque rationabiliter intelligi possit. Mandamus itaque vobis, ut præsentem nostram confirmationem, & concessionem fidelibus nostris suprascriptis observare, & inviolabiliter observari facere ab omnibus debeatis, & has literas nostras ad futurorum memoriam registratas præsentanti restitui.

Datæ in nostro Ducali Palatio die XXVI. Octobris, Indictione decima, 1506.

De

*De ludo, & baratariis prohibendis.*

## CAPUT L.

CUPIENTES ex noſtra Religione, & in Deum reverentia omnes ludos fortunæ, & baratariæ, ex quibus multa ſcandala oriuntur, prohibere; ſtatuimus, quod nulla perſona terreria, nec forenſis, debeat per ſe, vel alios ludere, vel ludi facere ad taxillos, ad aleas, alioſque ludos fortunæ, exceptis tamen ludis pillæ, tabularum, & ſcachorum in Terra, & diſtrictu Coloniæ; nec ulla perſona talibus ludentibus debeat dare receptaculum in domo, hoſpitio, vel taberna, vel alio quocunque loco, ſub pœna ludentibus, & ludere facientibus librarum decem; & dantibus receptaculum librarum vigintiquinque pro quoque, & quaque vice, quæ pœna in nocte duplicetur, & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem pœnæ prædictæ; & ſi fuerit de ludentibus, ſive recipientibus, abſolvatur a pœna ſua, & ſalvis præmiſſis de ludis, ut ſupra prohibitis nullum jus reddatur.

*De non projiciendis immunditiis ſuper ſtratis publicis.*

## CAPUT LI.

STATUIMUS, quod nulla perſona de Terra, & burgis audeat projicere ſuper ſtratis publicis immunditias, ſub pœna cuilibet contrafacienti librarum trium, & refectionis damni, ſi quod per dictam projitionem intuliſſet.

*De pontibus communis, & publicis ædificiis non diruendis, nec aquis publicis corrumpendis.*

## CAPUT LII.

ITEM, quod nulla perſona audeat rumpere, ſeu devaſtare, vel aliquid aſportare de lignis, lapidibus, & alia materia, pontium, & ædificiorum quorumcunque communis Coloniæ, ſub pœna cuilipet contrafacienti librarum decem in die, in nocte vero duplum; & ulterius tales notentur infamia, pœna furti , & ad refectionem damni teneantur, & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem pœnæ prædictæ; & accuſator volens teneatur ſecretus. & nulla perſona audeat polluere, vel corrumpere, vel infeſtare, nec aliquid immundum, veluti bombices lavare, nec projicere in Flumen Novum per

Terram Coloniæ tranſiens; neque in ipſo flumine, neque ripis ejus, vel aliqua ſtratarum caſtri projicere colores, & guadum, a clavica Sancti Franciſci uſque ad clavicam burgi Cloſani, ſub pœna cuilibet contrafacienti pro quolibet, & qualibet vice librar. quinque, quæ tempore noctis duplicetur; & pariter ſub eadem pœna nemo audeat dare paſtam, vel aliter corrumpere, vel inebriare piſces fluminis prædicti, & aliorum fluminum publicorum.

*De ſcanciis, ſive ſeclariis.*

## CAPUT LIII.

ITem ordinamus, quod ſcanciæ, ſive ſeclaria domorum Terræ Coloniæ, & burgorum, per quæ deſcendit aqua coquinarum, ordinentur, & adaptentur tali modo, Quod aqua vadat ſuptus terram, & non ſuper vias publicas, & ſtratas Communis; ita quod aqua, vel alia turpitudo non projiciatur ſuper aliqua ſtrata; & talis adaptatio fiat per illos, quorum ſunt domus, ſub pœna librarum quinque pro quolibet, & quolibet ſeclario; & de hoc quilibet ſit accuſator, & habeat medietatem banni, & teneatur de credentia; & nihilominus tales perſonæ illico teneantur removere dicta ſeclaria, ſive aquarolos.

*De columbis non capiendis; & retibus, atque artibus ad illos, non tendendis.*

## CAPUT LIV.

STatuimus pro communi utilitate, & bono publico; quod nulla perſona terreria, vel forenſis audeat capere columbos ad retia duarum alarum, ſive aliqua alia retia, laqueos, formulas, zambelos, vel alia fraudulentia, aut arte, vel alio quoquo modo, ſeu ſagittare ad columbos columbariarum in Terra, & toto territorio Coloniæ, ſub pœna fuſtigationis, ſeu banni de Colonia, & diſtrictu, ad arbitrium Poteſtatis, inſpecta qualitate, & conditione perſonarum, & nihilominus talis perſona teneatur reficere damnum paſſo.

GLORIA SUMMO REGI DICATUR TRINO, LAUSQUE.

AP-

# APPROBATIO, SEU CONFIRMATIO STATUTORUM.

## SERENISSIMO PRINCIPE.



*LA Terra ſua fideliſſima di Cologna, e Territorio per rimediare alli molti inconvenienti, e diſordini, che cotidianamente occorrevano per non aver Leggi, e Statuti particolari; ma ſolamente alcuni pochi fragmenti ſcritti a penna, continenti le Leggi, e Ordini ſuoi, invigilando all'ottimo, e buon governo ſempre deſiderato da V. Serenità per ſervizio de' ſuoi fideliſſimi ſudditi, ha modernamente corretto, e riformato eſſi Statuti, e Ordini concernenti, per quanto crede, il ben vivere, e buon governo d' eſſa fideliſſima ſua Terra, e Territorio. Però ha mandato me Gio. Battiſta Maggione Dottore, ſuo devotiſſimo ſervo, a ſupplicar V. Serenità, come io faccio riverentemente, che la ſi degni con l'Eccellentiſſimo ſuo Senato voler confirmare, e decretare eſſi noſtri Statuti modernamente riformati, e corretti; de' quali ſe ne appreſenta copia autentica alla Serenità V. acciocchè per l'avvenire eſſa ſua devotiſſima Terra, e Territorio ſappia con quali Leggi s' abbia a governare in ſervizio del Signor Dio, e della Serenità V. alla quale, ec.*

1590. a' 10. di Maggio.

*Che ſia commeſſa alli Savj dell'una, e l'altra mano.*

CONSIGLIERI.

*S. Marco Triviſan.*
*S. Zan Paolo Contarini.*
*S. Vicenzo Cappello.*
*S. Nadal Donado.*
*S. Marc' Antonio Miani.*



1593.

1593. a' 2. di Giugno in PREGADI.



*HE attese le cose narrate nella supplicazione presentata per Do. Gio. Battista Maggione Ambasciatore della fidelissima Comunità nostra di Cologna, e quanto in questo proposito scrive quel Podestà, sia data autorità al Collegio nostro di poter approbar, e confirmar il Statuto di essa fidelissima Comunità nostra di Cologna, e quanto sarà da esso Collegio terminato, con li doi terzi delle ballotte, sia così fermo, e valido, come se fosse fatto per questo Conseglio.*



ASCALIS Ciconia Dei gratia Dux Venetiarum, &c. Nobilibus, & sapientibus Viris, Nicolao Michaeli de suo mandato Potestati Coloniæ, & successoribus fidelibus dilectis salutem, & dilectionis affectum. *A supplicazione di quella fidelissima Comunità, così ricercando, ed instando il Spettabil, e fidel nostro Do. Bernardin Soprana Dottor, Ambasciator di essa; abbiamo confirmati, & approbati nel Collegio nostro, con l'autorità del Senato, l'infrascritti Capitoli, contenuti nel Statuto presentato alla Signoria Nostra, a nome d'essa fidelissima Comunità nel modo, e giorni infrascritti, il tenor de' quali Capitoli è tale,* videlicet.

Quare auctoritate supradicti Senatus, mandamus vobis, ut supradicta Capitola observetis, & ab omnibus observari, ac ubi opus fuerit registrari faciatis.

Datæ in nostro Ducali Palatio, die XXX. mensis Julii, Indictione sexta. MDXCIII.

*Joan. Merau. Secr.*

PRI-

# PRIMI LIBRI STATUTORUM
## COLONIÆ RUBRICÆ.



*Deti-*

*De*

## SECUNDI LIBRI RUBRICÆ.



*Quod*

## TERTII LIBRI RUBRICÆ.



QUAR-

# QUARTI LIBRI RUBRICÆ.

## QUINTI LIBRI RUBRICÆ.



Sal-

FINIS.




UNIVERSITÀ
PADOVA



Stato [illegible]

*A quo tempore forenſes teneantur ſubire factiones.*

## CAPUT XII.

ITEM ſtatuimus, quod quælibet perſona, quæ venerit ad ſtandum, & habitandum in Terra Coloniæ, & in ejus diſtrictu, poſt ſex menſes poſt ejus adventum debeat facere factiones cum ea terra, in qua habitaverit, ſecundum quod erit facta æſtimatio per commune illius loci, in quo habitaverit.

*Forenſes de cætero non poſſint*
*annos ſuſtinuerint ſcu*
*diſtri*

CAP

ITEM, quod nullus forenſis,
perſonales cum Communitat
Communitate per dictum tempu
beneficium habere, nec de Conſ
& ſi aliquis de Poteſtaria Colon
venerit ad ſtandum, & habitand
annos decem continuos, & non
& factiones, ſit, & eſſe debeat
valeat participare de omnibus of
præeminentiis, tam de Communi C
prout & quemadmodum faciunt civ

*Quod forenſis, qui emit,*

CAP

ITEM, quod ſi aliqua perſona
diderit aliquam poſſeſſionem
debeat ſcuffa, & factiones pro il
reſpectu ejuſdem, facere conſuev











*De iis, qui vadunt de uno loco ad alium ad ſtandum, cum quo loco debeant facere factiones.*

## CAPUT XV.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi aliqua perſona de una villa diſtrictus Coloniæ iverit ad ſtandum ad Terram Coloniæ, vel ad aliam villam ejuſdem diſtrictus, teneatur, & debeat attendere onera, & factiones reales, & perſonales cum commune illius loci, in quo iverit ad habitandum, una cum bonis, quæ ibi acquiſi-
ad primum locum, tunc ibi fa-
re. teneatur tamen talis perſona
li diſceſſu agentibus illius com-
am bonorum ſuorum, & facul-
ſis agentibus illius communis,
es autem factiones intelligimus,
ut in cuſtodiis fiendis, in ar-
s.

*um, & Decretalium, Medi-*
*lium artium.*

XVI.

s Legum, & Decretalium Ter-
, & Magiſtri liberalium arti-
omnibus oneribus perſonalibus
lum eorum æſtima, prout alii
antur, & teneantur advocare,
miſerabilibus perſonis Terræ,
e aliquo ſalario, quandocun-

*, & factionibus perſonalibus.*

XVII.

aliquo, ab oneribus, & factio-
debeant tamen pro ſuis bonis
bire; & ſi habuerint uxorem,
ntur ad dimidium onerum, &
factionum perſonalium. Item excuſentur majores ſeptuaginta annis